

Ormsius, P. Historiarum adversus Paganos lib. VII.

Vicenza 1450


Hain 12108.

BMC VII, 1032

Goff O-99.

Vicenza, Leonardus de Basilio, c. 1480

The first press in Vicenza
complete with initial blank



5/11/74
7655

PAVLI OROSII VIRI DOCTISSIMI HISTORIARVM
INITIVM AD AVRELIVM AVGVSTINVM.

Ræceptis tuis parui beatissime pater Augusti
ne: atq; utinam tā efficaciter q̄ libēter: q̄q̄ ego
in utranvis partē paz de explicito mouear: re
ctene: an secus egerim. Tu enī iam isto iudicio
laborasti: utrūne hoc: quod præcipes possem.
Ego aut̄ solius obedientiæ: si tamen eā uolun
tate conatuq; decorauī: testimonio contentus
sū. Nā & ī magna magni patris familias domo
cū sint multa diuersi generis aialia adiumento familia
ris rei cōmoda: nō ē tamē canū cura postrema: qb̄ solis
natura insitū est: uolūtariē ad id quo præparantur ur
geri: & p̄ ingentā quandā obediētīæ formulā sola disci
plinati tremoris expectatiōe suspendi: donec ad pagen
di licentiā nutu signoue mittant. Habēt. n. pprios appetit̄ q̄tū brutis
excellentiōres: tantū rōnabilibus p̄pinquātes: hoc ē discernere: amare:
seruire. Nam discernētes inter dominos atq; extraneos nō eos quos īse
ctant: oderūt. sed p̄ his quos amant zelant: & amantes dominū ac do
mū nō quasi ex natura apti corporis uigilantes: sed ex conscīa sollici
ti amoris iūgilant. Vnde & mystico sacro ī euangeliis: quod edant mi
cas catelli sub mēsa dn̄y. & Chananea mulier nō erubuit dicere: & do
min̄ nō fastidiuit audire. Bt̄ūs & Tobias ducē angelū sequens canem
comitē h̄re nō spreuit. Igit̄ generali amori tuo speciali amore cōnex̄
uolūtati tuæ uolens parui. Nam cū subiectio mea præcepto p̄nitatis
tuæ factū debeat: totūq; tuū sit: quod ex te ad te redit: op̄ meū hoc so
lo cumulati⁹ reddidi: quod libens feci. Præcepas mihi uti aduersis ua
niloquā prauitatē eorū: q̄ alieni a ciuitate dei ex locorū agrestiuū cōpitis
& pagis pagani uocant̄ siue gētiles: q̄a terrena sapiūt: q̄ cū futura non
quærant: præterita aut obliuiscant̄: aut nesciāt: præsentia tamē tpa ue
luti malis extra solitū infestatissima: ob hoc solū: quod credis xp̄s: &
colit̄ deus: idola aut̄ min̄ colunt̄: infamāt. Præcepas ergo ut ex oībus
quæ h̄ri ad præsens possunt historiæ atq; annaliū fastis quæcūq; aut
bellis graua: aut corrupta morbis: aut fame tristia: aut terrarū motib̄
terribilia: aut inundatōib̄ aquarū insqlita: aut eruptionib̄ igniū metuē
da: aut iētib̄ fulminū plagisq; grandinū sæua: uel etiā parricidis fla
gitisq; misera p̄transacta retro sæcula repperissem: ordinato breuiter



IUC.
1597

uolumis textu explicatē: maxime cū reuerentiā tuā p̄ficiendo adu-
sum hos ipsos paganos. xi. libro insiſtētem: quorū iam. x. orientes radii
mox: ut de specula ecclesiasticā claritatis elati sūt: toto orbe fulserunt
leui opusculo occupari nō oportet: & sanct⁹ fili⁹ t̄aus Iulian⁹ Cartha-
ginēsis seruus dei satis fieri sup̄ hac re petitioni suā eadē fiducia: qua
poposcit: exigeret: dedi operam. & me ipsū ī primis cōfusione pressi: cui
plerūq; reputāti supra modū exaſt uauisse præsentiū clades tēporū ui-
debant. Naſtus sū. n. præteritos dies nō solū æque: ut hos graues: uerū
etiā tanto atroci⁹ miserōs: q̄to lōgi⁹ a remedio ueræ religiōis alienos: ut
merito hac scrutatiōe claruerit regnasse mortē auidam sanguinis dū
ignorat religio: que phibet a sanguine. Ista illucrescēte illam cōstu-
puisse. illam cōcludi: cū ista iam preualet. illam penit⁹ nullam futura
cū hæc sola regnauit: exceptis uidelicet semotis que illis diebus nouis-
simis sub sine sæculi & sub apparitiōe antichristi: uel etiam sub cōclu-
sione iudicii: q̄b⁹ futuras angustias. quales ante non fuerant dominus
christ⁹ p̄ scripturas sacras sua etiam cōtestatiōe prædixit. cū secundum
ipsū q̄dē: qui & nūc & semp̄ e modū uerū apertiore ac. grauiore discri-
mine p̄ intollerabiles tribulationes tēporū illoꝝ sanctos p̄batio: impios
p̄ditio sequet. Et quoniam oēs p̄p̄modū tam apud Græcos: q̄ apud
Latinos studiosi ad scribēdū uiri: qui res gestas rerū populorūq; ob-
diturnam memoriam uerbis p̄pagauerūt: initium scribendi a Nino
Beli filio rege Assyriorū secerūt: qui cū opiniōe cæca mūdi originē cre-
aturamq; hominū sine initio credi uelint: capisse tamen ab hoc regna
bellaq; definiunt: quasi uere eatenus humanū gen⁹ ritu pecudū uixe-
rit. & tūc primū: ueluti ad nouam p̄uidētiam cōcussum suscitatumq;
uigilauerit.

De miseria hominum per peccatum ab initio.

Go initiū miseriæ hominū ab initio peccantis hominis ducer-
istitui: paucis dūtaxat iisdēq; breuiter deliberatis. Sūt autē ab
Adam primo homine usque ad Ninū magnū: ut dicūt regi-
quando nat⁹ est Abraam: anni tria milia. xxxiiii. qui ab omn-
bus historiographis uel omiſsi: uel ignorati sunt. A Nino autē uel A-
braam usque ad Cæsare Augustum: idest usque ad natiuitatē christi
qui fuit anno imperii Cæsaris. xlii. cū facta pace cū Parthis Iani porta
clausa sūt: & bella toto orbe cessarunt: colliguntur anni duo milia. xv.
quibus inter se auctores scriptoresque omniū ocia negociaq; triuerūt

Quapropter res ipsa exigit ex his libris quæ breuissime uel pauca attingere: qui originem mundi loquentes præteritorum fidem annüciatione futurorum: & post subsequa probatione fecerunt: non quo auctoritatem eorum cuiquam uideamur ingerere: sed quod operæ præciū sit de opinione uulgata: quæ nobis cum omnibus communis est cõmonere. Primū: quia si diuina prouidentia: quæ sicut bona ita pia & iusta est: agitur homo & mundus hominem aut qui conuertibilitate naturæ & libertate licentiæ infirmus & contumax est: sicut pie gubernare egenum opis oportet: ita iuste corrigi immoderatae libertatis necesse est: iure ab initio hominis per bona malaque alternantia exerceri hunc mundum sentit quisque pro se atque in se humanum genus uidet. Deinde cum ab ipso primo homine peccatum punitioque peccati coepisse doceamur: porro aut cum etiam isti de mediis temporibus incohantes: quis superiorum nusquam meminere: nihil nisi bella cladesque descripserint: quæ bella quod aliud dicenda sunt: nisi urgentia in alterutrum mala: mala autem huiusmodi quæ tunc etant sicut & nunc sunt in quantum sunt sine dubio aut manifesta peccata sunt: aut occulta punitioes peccatorum: quod impedimenti est nos eius rei caput pandere: cuius illi corpus expresserint: & priora illa sæcula quæ multo numerosiora monstrabimus: uel tenuissimo testari relatu similes miseras protulisse? Dicitur usque ab orbe condito usque ad urbem conditam: dehinc usque ad Cæsaris principatum natiuitatemque christi: ex quo sub potestate urbis orbis mansit imperium: uel etiam usque ad dies nostros in quantum ad cognitionem uacare suffecero: conflictationes generis humani: & ueluti per diuersas partes ardentem malis mundum: face cupiditatis incensum e specula ostentatur: necessarium reor: ut primus ipsum tetrae orbem: quem inhabitat humanum genus: sicut est a maioribus trisarie distributus: deinde regionibus prouinciisque determinatus expediam: quo facilius cum locales bellorum morborumque clades ostentabuntur: studio si quis non solum temporum ac temporum: sed etiam locorum sciam consequatur

Maiores nostri in tres partes mundum totum diuisisse

Maiores nostri orbem totius terræ oceani limbo circumseptum triquadrum statuerunt. eiusque tres partes Asiam: Europam: & Africam uocauerunt: quis aliqui duas: hoc est Asiam: ac deinde Africam in Europa accipiendam putauerint. Asia tribus partibus oceano circumcincta per totam transfuersi plagam orientis extendit. Hac occasum uersus a dextra sui sub axe septentrionis incipientem contingit Europam. a sinistra Africam dimittit. sub Aegypto uero & Syria

mare nostræ: quod magnum generaliter dicimus: habet. Europa incipit septentrionalis a flumine Tanai: qua Rhiphæi montes Sarmatico auert si oceano Tanaim fundunt fluuium: qui præteriens aras ac terminos Alexandri magni in Rhobascoꝝ finibus sitos Mæotidas auget paludes: quæ in mensa exundatio iuxta Theodosiam urbem Euxinū pontum late ingreditur. Inde iuxta Constantinopolim longe mittunt angustia: donec eas mare hoc: quod dicimus nostræ accipiat. Europæ in Hispania occidentalis oceanus terminus est maxime ubi apud Gades insulas Herculis colūna uisunt. & Tyrreni maris faucibus oceani æstus imittitur. Africæ principium est a finibus Aegypti utriusque Alexandria ubi Parethonium ciuitas sita est super hoc mare magnū: quod omnes plagas terræque medias iterluit. inde per loca quæ accolæ catabathy non uocant: haud procul a castris Alexandri magni: & super lacum Calcartium: deinde iuxta superiorum fines Anasitay missa in transuersum per æthiopica deserta meridianum contingit oceanum. Termini Africæ ad occidentem iidem sunt: qui & Europæ: id est fauces Gaditani freti. ultimus autem finis eius est mons Atlas. & insulæ quas Fortunatas uocant. Et quia breuiter generales tripartiti orbis diuisiones dedi: ipsarum quoque partium regiones: sicut pollicitus sum: significare curabo. Asia ad mediam frontem orientis habet in oceano Eoo ostia fluminis Gangis. a sinistra promontorium Caligardamanam: cui submanet ad Eurum insula Taprobane: ex qua oceanus Indicus uocari incipit. a dextra habens Emodos montes: ubi Caucasus deficit promontorium Samarā: cui ad aeglonem ostia fluminis subiacent Octorogorra: ex quo oceanus sericus appellatur. In his finibus India est: quæ habet ab occidente flumen Indum: quod rubro mari accipit: a septentrione montem Caucasum. reliqua ut dixi: Eoo & Indico oceano terminatur. Hæc habet gentes. xliiii. absque insula Taprobane: quæ habet decem ciuitates. & absque reliquis insulis habitabilibus plurimis. A flumine Indo: quod est ab oriente usque ad flumen Tigri: quod est ad occiduum: regiones sunt istæ Aracusia: Parthia: Assyria: Persida: & Media situ terrarum montoso & aspero. Hæc a septentrione habent montem Caucasum: a meridie mare rubrum & sinum Persicum. in medio autem sui flumina præcipua Hydaspe & Arabim. in his sunt gentes. xxxii. Sed generaliter Parthia dicitur: quæ in scripturæ sanctæ uniuersa sæpe Mediā uocent. A flumine Tigri usque ad flumen Euphratem Mesopotamia est: incipiens a septentrione inter montem Tauum & Caucasum: cui ad meridiem succedit Babylonia. deinde caldea: nouissime Arabia. ea demum inter sinum Persicum & sinum Arabicum angusto terræ tractu orientem

uersus extendit. In his sunt gentes. xxviii. a flumine Euphrate: qđ est
 ab oriente usq; ad mare nostrū: quod est ab occasu: deinde a septentrione:
 idest a ciuitate Dacusa: quæ in confinio Cappadociæ & Armeniæ sita
 est: haud procul a loco ubi Euphrates nascitur usq; ad ægyptū & ad ex
 tremū sinū Arabiæ: qđ est ad meridiē longo angustōq; sulco saxis īsu
 lisq; creberrimo: a rubro mari idest ab oceano occasu; uersus extēdit:
 Syria generaliter noīatur: habens maxias puincias Comagenē: Phœ
 niciam & Palæstinam absq; Saracenis & Nabathæis: quorū gentes. xii.
 sūt. In capite Syriæ Cappadocia est: quæ h3 ab oriente Armeniā. ab oc
 casu Asiam. ab aqlōe Themiscirios campos & mare Cimmericū. a me
 ridie Tauy montē: cui subiācet Cilicia & Isauria usq; ad Cilicū sinū:
 qđ spectat cōtra insulam cypri: Asia regio uel: ut pptie dicam Asia mi
 nor absq; orientali parte: qua ad Cappadociam Syriamq; p̄gredit: un
 diq; circūdata est mari. a septentrione p̄to Euxino. ab occasu Propō
 tide. atq; Helle sp̄to. a meridie mari n̄ro ubi ē mōs Olymp^o. Aegypt^o
 inferior ab oriente h3 Syriam Palæstinam. ab occasu Libyam. a septen
 trione mare nostrū. a meridie mōtem: qđ appellat Climax. & ægyptu; su
 p̄iorem. fluiūq; Nilū: qđ de litore incipientis maris rubri uidet̄ emer
 gere ī loco qđ dicit̄ Mosylon: deinde diu ad occasum p̄fluens faciens ī
 sulam noīe Meroen in medio sui: nouissime ad septentrionem inflex^o:
 tempestiu; q; auct^o incrementis plana ægypti rigat. Hūc aliq; auctores
 ferūt haud procul ab Atlante h̄re fonte; & cōtinuo harenis mergi. īde
 īcriecto breui spacio uastissimo lacu exūdare: atq; hīc oceano tenus
 orientem uersus p̄ æthiopica deserta prolabi: rursusq; inflexū ad sini
 stram ad ægyptū descendere. Quod qđem uerū est esse huiusmodi flū
 uiiū magnū: qđ tali ortū taliq; cursu sit: & re uera tot tantaq; monstra
 gignat: quem utiq; p̄rope fontem barbari Dana noīant. cæteri uero ac
 colæ Nuhul uocant. Sed hic in regiōe gentiū: quæ Libyæ ægyptiæ uo
 cant: haud procul ab illo fluiū: qđem a litore maris rubri prorūpere
 dixim^o: īmensō lacu accept^o assumit: nisi forte occulto meatu ī alueū
 ei^o: qđ ab oriente descendit eructet: ægyptus sup̄ior in orientem p̄ lōgū
 extendit: cui est a septentrione sinus arabicus. a meridie oceanus. Nam
 ab occasu ex inferiori ægypto incipit. ad orientem rubro mari termīat
 ubi sunt gentes. xxiiii. Et quoniam meridianā; p̄tem uniuersæ asiæ de
 scripsim^o: supest ut ab oriente ad septentrione; p̄s quæ restat expēdiat
 Mons caucasus īter colchos: qđ sūt sup̄ cimmericū mare: & inter Alba
 nos qđ sunt ad mare caspiū primū attollitur: cui^o qđem usq; ī ultimū;
 orientem unū uidetur iugū. scđ multa sunt noīa. Et multi hoc ipsū;

iugū Tauri montes credi uolūt: quia re uera Parchoatras mōs Arme
niæ inter Taurū & Caucasū medi^o continuare Taurū cū Caucaſo pū
tatur. Sed hoc ita nō eſſe diſcernit fluui^o Euphrates: qui de radice Par
choatrae mōtis effuſus tendens in meridiē ipſū ad ſiniſtrā Taurū ex
cludit. Ad dexterā itaque ipſe Caucaſus inter colchos & Albanos ubi
& portas hęc mons Caucaſus dicitur: a portis caſpiis uſq; ad Armeni
as pylas: uel uſque ad fontē Tigris flumīs inter Armeniā & Iberiam
mōtes Acroceraunii dicūtur. A fonte Tigris uſque ad Carras ciuita
tē inter Maſſagetas & Parthos mons Ariobarzones. A Carris ciuitate
uſq; ad oppidū Cathippi iter Hyrcanos & Baſtrianos mons Memar
mali: ubi amomū naſcitur: a quo pximū iugū mons Parthau dicitur
Ab oppido cathippi uſque ad uicū Saphæ inter Dahaffaraucas & Par
thyenas mons Oſcobares: ubi Ganges fluui^o orif. & Laſer naſcitur. A
fonte flumīs Gangis uſq; ad fontes flumīs Octorogorra: qui ſūt a ſe
ptentriōe: ubi ſunt mōtani Paropanifadæ & mons Taur^o. A fontibus
Octorogorra uſq; ad ciuitatē Octorogorrā iter Hūnos & Scythas &
Gangaridas mons caucaſus. Vltim^o autē inter Eoſas & Paſiadrasmōs
Imau^o: ubi flumē chriſoroas & p̄montoriū Samara orientali excipit
oceanō. Igit̄ a mōte Imauo: hoc ē ab imo caucaſo & dextra oriētis pte
qua ocean^o Sericus tendit uſq; ad p̄montoriū Boreū & flumē Boreū
& inde tenus ſcythico mari: quod ē a ſeptentriōe uſq; ad mare caſpiū
quod ē ab occaſu: & uſque ad extentū caucaſi iugū: quod ē a meridio
Hyrcanorū & Scytharū gentes ſunt: xlii. p̄pter terrarū infœcundā diffu
ſionem late oberrantes. Mare caſpiū ſub aquilōis plaga ab oceanō orif
cuius utraq; circa oceanū litora loca deſerta incultaq; habent. ide me
ridiem uerſus p̄ longas anguſtias tendit: donec p̄ magna ſpatia dilata
tū Caucaſi montis radicibus terminetur. Itaque a mari caſpio quod ē
ad orientē p̄ ora oceanī ſeptentrionalis uſque ad Tanaim fluuium &
Maotias paludes: quæ ſūt ad occaſū p̄ lit^o Cimmerici maris: quod eſt
ab Aphrico uſq; ad caput & portas Caucaſi: quæ ſūt ad meridiē gen
tes ſūt. xxxiiii. S; generaliter regio p̄xia Albania ulterior ſub mari &
mōte caſpio Amazonū nūcupat. Expliciti autē ſūt q̄bretiffime finēs
Aſiæ. Nūc autē Europā inquantū cognitioni hoīs concedit: ſtilo p̄ua
gabor. A montibus Rhiphæis ac flumine Tanai Maotiaſq; paludib^o:
quæ ſunt ad orientē p̄ litus ſeptentrionalis oceanī uſq; ad Galliā Belgi
cam & flumē Rhenū: quod ē ab occaſu: deinde uſq; ad Danubiū: quē
& Iſty uocant: q̄ ē a meridio ad orientē directus ponto accipit. ab oriē
te Alania ē: in medio Dacia: ubi & Gotia. deinde germania eſt: ubi plu

rimā partē Sueti tenent: quōꝝ oīꝝ gētes sūt. līiii. Nūc q̄equid Danu-
 bius a barbarico ad mare nostrꝝ secludit: expediā. Mœsia ab oriente hꝝ
 ostia flumīs Danubii. ab euro Thraciā. a meridiē Macedoniā. ab aphri-
 co Dalmatiā. ab occasu Istriā. a circio Pānoniā. a septentriōe Danubiū.
 Thracia habet ab orientē Propontidis sinū & ciuitatē cōstantinopoli
 quæ Bizantiū prius dicta ē. a septentriōe partē Dalmatiæ. & sinū Eu-
 xini pōti: ab occasu & Aphrico Macedoniā. a meridiē Aegæum mare.
 Macedonia hꝝ ab orientē Aegæū mare. a borea Thraciam. ab euro Eu-
 boeā & macedonicū sinū. a meridiē Achaiā. a Fauonio mōtes Acroce-
 raunios in angustiis Adriatici sinus: qui montes sunt contra Apuliaz
 atque Brundusiū. ab occasu Dalmatiā. a circio Dardaniā. a septētri-
 one mœsiam. Achaia uudique ppemodū cincta est mari. Nam ab oriē-
 te hꝝ myrtoū mare. ab euro arcticum mare. a meridiē ionium mare. ab
 Aphrico & occasu cephaloniam & cassiopam insulas. a septentrione si-
 nū corinthiū. ab aquilone angustū terræ dorsū: quo macedoniæ cōiū-
 gif: uel poti⁹ Atticæ: qui loc⁹ Isthmos uocat: ubi ē corinth⁹ habens in
 Atticā a borea nō lōge Athenas ciuitatē. Dalmatia hꝝ ab orientē ma-
 cedoniā. ab aquilone Dardaniā. a septentrione mœsiam. ab occasu
 Istriam & sinū Liburnicū & insulas Liburnicas. a meridiē Adriaticū
 sinū. Pannonia Notic⁹ & Rhetia habēt ab orientē mœsiam. a meridiē
 Istriam. ab Aphrico alpes Apēninas. ab occasu Galliam Belgicā. a cir-
 cio Danubii fontē & limitē: q̄ Germaniam a Gallia iter Danubiū Gal-
 liamqꝝ discernit. a septentriōe Danubiū & Germaniam. Italiæ sit⁹ a cir-
 cio in euz tenditur: habens ab Aphrico Thyrrenū mare. a borea Adri-
 aticū sinū: cui⁹ ea ps quæ cōtinenti terræ cōis & cōtigua est: alpium obi-
 cib⁹ obstruitur. Quæ a Gallico mari p̄ Ligusticū sinum exurgentes
 p̄imum Narbonensem fines. deīde Galliaz rhetiamqꝝ secludunt: do-
 nec ī sinu Liburnico defigantur. Gallia Belgica hꝝ ab orientē flumīs
 Rheni & Germaniam. ab euro alpes Apenninas. a meridiē prouinciam
 Narbonensem. ab occasu puiciā Lugdunensem. a circio oceanum Bri-
 tannicum. a septentriōe Britannicā insulā. Gallia Lugdunēsis ducta p̄
 longū: & p̄ angustū inflexa Aquitanicā prouiciā semicingit. Hæc
 ab orientē hꝝ Belgicā. a meridiē ptē puiciæ Narbonēsis: qua Arela-
 tū ciuitas sita ē: & mari Gallico Rhodani flumē accipit. Narbonensis
 puincia ps Galliaz habet ab orientē alpes Cottias. ab occidēte Hispa-
 niam. a circio Aquitaniā. a septentriōe Galliā Lugdunensem. ab aqlōc
 Belgicā Galliā. a meridiē mare gallicū: quod ē iter Sardinia & insulas
 Baleares habēs in frōte: q̄ Rhodan⁹ flui⁹ ī mare exit: ī insulas Ithecadas

Aquitanica p̄uincia obliquō cursu Ligeris flum̄is; q̄ ex plurima pte terminus eius ē: in orbē agif. Hęc a Circio h̄z oceanū; q̄ aquitanicus finus dicit̄. ab occasu hispanias h̄z. a septentrione & oriente Lugdunēsem ab euro & meridie Narbonēsem p̄uinciā cōtingit. Hispania uniuerso terrarū situ trigona ē. & circūfusione oceani Tyrreniq; pelagi pene ī sulā efficit̄. Huius angulus prior spectās ad orientē a dextris Aqtanica p̄uincia a sinistris Balearico mari coartat̄ Narbonensiu sinib' inferit̄. Secundus angulus circiū itendit: ubi Brigantia Galleciæ ciuitas sita altissimi pharū & inter pauca memorādi opis ad speculā Britāniæ exigit. Terti' eius angulus ē: quo Gades insulæ intentæ in Aphricum Atlantem montē interiecto sinu oceani p̄spiciunt. Hispaniā citeriorē ab oriente incipientē Pyriñei saltus a parte septentrionis usq; ad Cantabros Asturesq; deducit. atq; inde p̄ Vacceos & Oretanos: quos ab occasu h̄z: positā in nostri maris litore Carthaginē determinat. Hispania ulterior habet ab oriente Vacceos: Celtibros: & Oretanos. a septentrione oceanū. ab occasu oceanū. a meridie Gaditanū oceani fretū. īde mare nostræ: quod Tyrrenū uocatur: imittitur. Et quoniam ocean' habet insulas quas Britannia & hibernia uocant: quæ in aduersa Galliarū pte ad p̄spectum hispaniæ sitæ sunt: breuiter explicabūtur. Britānia oceani insula per longū in boream extendit̄. a meridie Gallias h̄z: cuius p̄ximū litus transmeantibus ciuitas aperit: quæ dicitur Rhutupi portus: unde haud p̄cula Morynis in austro positos Menapoa Batasiosque prospectat. Hęc insula habet in longum milia passuū octingenta. in latum milia. cc. a tergo aut̄: unde oceano īfinito patet. Orchadas insulas h̄z: quarū. xx. desertæ sūt. xiii. incolūtur. Deinde īsula Tile quæ per infinitū a cæteris sepata circiū uersus medio sita oceano uix paucis nota habet. hibernia insula inter Britanniam & hispaniam sita ē: quæ lōgiore ab Aphrico ī boream spaciō porrigit̄. hui' ptes priores intentæ Cantabrico oceano Brigantiam Galleciæ ciuitatē ab aphrico sibi in circiū occurrente spatioso interuallo p̄cul spectant: ab eo præcipue p̄montorio ubi Senæ flum̄is ostiū ē: & Velabri Lucenique consistūt. hęc p̄prior Britannia spatio terrarū angustior: sed cœli solisq; tēperie magis utilis a Scotorū gentibus colitur. huic etiam Meuania īsula p̄xima est: & ipsa spatio non paruo solo cōmoda æque a Scotorū gētib' habitat̄. hi sunt fines totius Europæ. Aphricæ: ut dixi: cum tertiam orbis partē maiores nostri accipiendam descripserint: nō spatioꝝ mensuras: sed diuisionū rōnes secuti sunt. Mare hoc siquidē magnū: quod ab occasu ex oceano oritur: ī meridiē magis uergēs angustiorē

inter se & oceanū coartata Aphricæ limitē fecit: unde etiā aliqui quibus
eam longitudine parē: tamen multo angustiorē intelligentes: iurecū
dū arbitrari tertiā partē uocare: sed potius in Europa Aphricā depu-
tantes: ad secūdā portionē appellare maluerūt. præterea cū multo am-
plius terræ in Aphrica ardore solis: quā in Europa rigore frigoris incul-
tū atque incognitū sit: quippe cū oīa pene aīantia uel germinātia patiē-
tius & tolerabilius ad summū frigoris quā ad summū caloris accedant:
ea scilicet cā est: Aphricā p oīa situ & populis minorē uideri. & quia na-
tura sui minus habet spatii & cœli inclementia plus deserti: cuius descri-
ptio p puincias & gentes hæc ē. Libya cyreniaca & Pentapolis post Ae-
gyptū in pte Aphricæ prima est. Hæc incipit a ciuitate Parethonio &
montib⁹ catabatynon. inde secūdo mari usque ad aras philenoz extēdit
Post se h; usque ad oceanū meridianū gentes Libyoz & Aethiopū & Ga-
ramantū. Huic ē ab oriente ægyptus. a septentrione mare Libycū. ab
occasu Syrtes maiores & Troglodytæ: contra quos insula calypso est
a meridie Aethiopicus oceanus. Tripolitana puincia. quæ & subueta-
na: uel regio Arzugū dicitur: ubi Leptis magna ciuitas ē: quibus Arzu-
ges per longū Aphricæ limitē generaliter uocent: habet ab oriēte aras
Philenoz inter Syrtes maiores & Troglodytas. a septētriōe mare Sicu-
lū: uel potius Adriaticū & Syrtes minores ab occasu Byzantiū usque
ad lacū salinay a meridie barbaros Getulos Nathabres & Garamātas
usque ad oceanū Aethiopicū ptingentes Byzatiū Zeugis & Numidia.
zeugis autem prius non unius conuentus: sed totius puinciæ genera-
le nomen fuisse iuenimus. Byzantium ergo: ubi Hadrumetus ciuitas
zeugis ubi Carthago magna Numidia: ubi Hypōs regius & Nisicca
da ciuitates sunt. habent ab oriente Syrtes minores & lacum salinay. a
septentrione mare nostray: quod spectat ad Siciliam & Sardinia insulas
ab occasu Mauritaniam Sitiphensem: a meridie fontes Vzazæ & post
eos Aethiopum gentes peruagantes usque ad oceanum Aethiopicum
Sitiphenses & Cæsarienses. Mauritaniam habet ab oriente Numidiam.
a septentrione mare nostray. ab occasu flumen Maluā. a meridie montē
Astrixī qui diuidit iter uiuā terram & harenas iacētes usque ad oceanū &
oberrāt Gangines æthiopes. Tingitana mauritania ultia ē Aphricæ.
Hæc h; ab oriente flumē Maluam. a septētriōe mare nostray usque ad
fretū Gaditanū: quod inter Hauennem & Calpem duo contraria sibi
pmontoria coartat. ab occidente Atlantē montē & oceanū Atlanticū
sub Aphrico Hesperiiū montē. a meridie gentes Aulolū: quas nūc Ga-
laules uocant usque ad oceanū Hesperiiū cōtingētes. Hic est terminus

uniuersæ Aphricæ. nūc insularū quæ in nōro mari sūt loca noīa & spatia di-
metiar. Insula Cypros ab oriente mari Syrio quod Missicū uocant ab
occidente mari Pamphilico a septentrione Vulone Ciliciæ a meridie
Syrīæ & Phœnicis pelago cīgīc cui⁹ spatiū in lōgū tenet milia passuū
.c. lxxv. in latū milia passuū. c. xxv. Insula Creta finitur ab oriente Car-
phatio mari ab occasu & septētriōe mari Cretico a meridie mari Liby-
co quod & Adriaticū uocāt. habet in longū milia passuum. c. lxxvii. &
in latū. l. Insule Cyclades quæ est ab oriente prima Rhodos a septen-
trione Tenedos a meridie Carpathos ab occasu Cythera. ab oriēte fini-
unt litorib⁹ Asiæ ab occidēte mari Icario a septētrione mari Aegæo a
meridie mari Carpatio Sūt aut oēs Cyclades numero. liii. Hæ tenēt a
septētriōe in meridiem milia passuū. l. ab oriente in occasum milia. cc
Silia insula tria habz pmōtaria. unum quod dicitur Pelor⁹ & aspicit ad
aquilonē cui Messana ciuitas p̄xima est. secūdum quod dicitur Pachy-
nus sub quo ciuitas Syracusana respicit ad Euronotum. tertiu quod
appellatur Lilybæus: ubi & ciuitas eiusdem nominis sita ē: dirigit qz in
occasum. Hæc habet a Peloro in Pachynum milia passuū. cxlix. a Pa-
chyno in Lilybæum. clxx. septem milia. Hæc ab oriente cingitur mari
Adriatico. a meridie mari Aphrico: quod est cōtra Subuētanos & Syr-
tes minores. ab occidente & septētrione habet mare Tyrrenū. a borea
usque ad subsolanum fretum Adriaticum: quod diuidit Tauronimi-
tanos Siciliæ & Brutios Italiæ. Sardinia & Corsica insulæ paruo freto
hoc ē miliū. xx. passuū diuidunt: ex quibus sardinia hz a meridie con-
tra Numidiā caralitanos. contra Corsicā insulam: hoc ē septentrionē
uersus hz. Vlbienfes: cui⁹ in longū spatiū tenet milia passuum. cc. xxx
in latū milia. c. lxxx. Hæc habet ab oriente & borea. Tyrrenicū mare
qd̄ spectat ad portū urbis Romæ. ab occasu mare sardū. ab Aphrico in-
sulas Baleares lōge positas. a meridie Numidicū sinū. a septētrione ut
dixi corsicā. Corsica insula multis pmontoriis angulosa ē. Hæc hz ab
oriente Tyrrenū mare & portū urbis. a meridie sardiniā. ab occasu in-
sulas Baleares a circio & septentrione Ligusticū sinū. Tenet aut in lon-
gū milia passuū. c. lx. in latū milia. xx. &. vi. Insulæ Baleares duæ sunt
maior & minor: quibus insunt bina oppida. maior Tarraconē Hispaniæ
ciuitatē. minor Barchilonā septentrionē uersus contra se hz. Maiori
subiacet insula Hebusus. deinde ab oriente sardinia. ab aquilōe mare
gallicū. a meridie & aphrico Mauritanicū pelag⁹. ab occasu Ibericum
spectat pelag⁹. Hæ sunt insulæ ab Helleponto usqz ad oceanū p̄ totū
magnū pelag⁹ cōstitutæ: quæ & cultu & mēoria magis celebres habēt

Perceſui breuiter: ut potui prouincias & inſulas orbis uniuerſi. nūc locales gentium ſingulaꝝ miſerias: ſicut ab initio inceſſabiliter extiterunt. & qualiter quibuſque exorta ſint inquantū ſuffecero: pferam.

Hic ponitur diluuii uindicta.

Vm poſt fabricam ornatumq; mundi huiꝰ homo: quē rectū atq; immaculatum fecerat deus morti ſe ſubſtrauiſſet: ac p inde humanū genꝰ libidīs deprauatū peccatis funditꝰ abſorbereſ: cōtinuo iuſtam licētiam punitiō iuſta cōſecuta ē. Sententiam creatoris dei & iudicis peccanti homini ac terræ ppter hoīem deſtinatam: ſempq; dum homines terrā habitauerint: duraturam oēs uidelicet aut pbamꝰ negando: aut cōſitendo tolleramus. obſtinatique mentibꝰ teſtes ſibi iſtituitas ſua iūrit: qꝰ fidelis ſcriptura nō ſua ſerit. Deide reſuſo ſub Noe ī omnem terrā mari iſmiſſoq; diluuiō: eum toto orbe cōtecto unum ſpatium cōeli eſſet ac pelagi: deletum fuiſſe uniuerſum humanum genꝰ: paucis ī arca fidei ſuæ merito ad ſubſtituendam originem reſeruatīs: euidentiffime ueraciſſimi ſcriptores docent. fuiſſe tamen etiam illi conteſtati ſunt: qui praterita quidem tempora ipſumque auctorem temporꝝ neſcientes tamen ex iudicio & cōiectura lapidum: quos in remotis montibus conchis & oſtreis ſcabros etiaꝝ ſæpe cauatos aq; uiſere ſolemus: coniuiciendo didicerunt. Et quis huiꝰ modi adhuc & relatu digna fideq; certa pferri a nobis queant. tamen hæc ueluti principalia duo de præuaricatione primi hoīs & condēnatione generationis uitæq; eius: ac deinde pditiōe totius generis humani dicta ſufficiant tantū. ut ſiqua gentiles hiſtorici de nꝛis aliquo ordine contigerint. hæc plenius cū cæteris ipſo quo ieurerint ordine pferant.

Primus Ninus rex Aſſyrioz.

Nte annos urbis cōditæ mille. ccc. Ninus rex Aſſyrioz primꝰ ut ipſi uolunt: ppagandæ dominatōis libidine arma foras extulit. cruentamq; uitam. I. p annos totam Aſiam bellis egit a meridie atq; rubro mari ſurgens ſub ultimo ſeptētrione. Euxinū pontū ualſtando perdomuit. Scythicamq; barbariem adhuc tūc imbellem & innocentē torpentēque excitare ſericiā: uires ſuas noſſe: & non lac iā pecudū: ſed ſanguinē hoīum bibere: ad poſtremū uincere: dum uincit edocuit. Nouiſſime Zoroaſtrē Bractianoz regem: eundēque magicæ

artis: ut ferunt reptorem pugna oppressum interfecit. post ipse duz de
ficientem a se oppugnat urbem: sagittæ ictu interiit. Huic mortuo Se
miramis uxor successit: uirum animo & habitu gerens: auidosque ia;
usu sanguinis populos p. xlii. annos cadibus gentiu3 exercuit. Nō cō
tenta terminis mulier: quos a uiro suo tunc solo bellatore. l. ānis acqui
sitos suscepit. Aethiopiā bello pressam: sanguie illitam imperio adiecit.
Indis quoq3 bellū intulit: quos præter illam & Alexandræ magnū nul
lus intrauit: quod eo tpe iō crudelius grauiusq3 erat: q̄ nunc est: perse
qui & trucidare populos in pace uiuentēs: quia tunc apud illos nec fo
ris erant ulla incendia belloꝝ. nec domitāta exercitia cupiditatū. Hæc
libidine ardens: sanguinem sitiens inter icessabilia stupra & homicidia
cum oēs: quos regie accersitos meretricie habitos concubitu oblectaf
set: occideret. tandem filio flagitiose concepto: impie exposito: inceste
cognito priuatam ignominiam publico scelere obtexit. Præcepit enim
ut inter parentes ac filios nulla delata reuerētia naturæ de cōiugiis ap
petendis: quod cuique libitū esset: libere fieret.

Quod ignis de cælo descendit in Pentapolim.

Nte annos urbis cōditæ. M. c. lx. confinē Arabiæ regionē: quæ
tūc Pētapolis uocabat: arsisse penit⁹ igne cœlesti iter alia etiā
Corneli⁹ Tacit⁹ refert: qui sic ait. Haud pcul ide cāpos: quos
ferūt olim uberes: magnisq3 urbibus habitatos fulminū iactu arsisse:
sed manere uestigia: terrāq3 ipsam specie solida uim frugifera3 perdi
disse. Et cū hoc loco nihil de incensis ppter pctā hoīuz ciuitatib⁹: qua
si ignar⁹ expresserit: paulopost uelut oblit⁹ cōsiliū: subiecit & ait. Ego
sicut in clytas quondā urbes igne cœlesti flagtasse concesserim: ita ha
litu lacus infici terram & corrūpi reor. Quo dicto inuitus licet de exu
stis urbibus: quæ pculdubio peccatoꝝ noxa conflagrauerāt: & scisse
se & concessisse confessus: palam prodidit: non sibi cognitionis fidē de
fuisse: sed exprimendæ fidei uoluntatē: quod nūc a me plenius pferf.
In confinio Arabiæ & Palestina: qua dimissi altrinsecus montes subie
ctis cāpis excipiūtur qnq3 ciuitates fuisse referūtur Sodoma: Gomor
ra: Adama: Seboim: & Segor. sed Segor ex his parua. illæ magnæ & am
plæ: quippe quibus & soli fœcunditas suberat. & Iordanis fluuius per
plana diffusus: ac p opportuna diuisus au gmētis ubertatis ipēdebat.
Huic uniuersæ regioni bonis male utenti abūdantia reꝝ cā maloꝝ fu
it. Ex abūdātia enī luxuria. ex luxuria fœdæ libidines adoleuere: adeo

ut masculi in masculos opantes turpitudine. nec consideratis quidem locis conditionibus ætatibusque prouerent. Itaque iratus deus pluuio super hanc terram ignem & sulphur: totamque regionem cum populis atque urbibus exusta teste iudicii sui futura æterna damnatione dānauit ut nunc quoque appareat quidem forma regionis. sed inueniatur regio cineris mediamque conuallē: quam iordanis irrigauerat: nunc mare superius tegat: tantumque de rebus ut putat: paruis diuine indignationis iudicium accessum est: ut propter hoc illi male utentes bonis: fructus miserationis: nutrimenta libidinum fecerāt: terra quoque ipsa quæ has habuerat ciuitates: primum exusta ignibus: post oppressa aquis in æternam damnationem conuicta aspectui.

Vbi Romani nihili mali se passos esse dixerunt: si circa illis redderet.

Taque nunc si placet: hi qui in christum: quem nos iudicem sæculorum ostendimus: quantum in ipsis est sputa coniciunt: inter Sodomam & Romam discernant causas. & conferant poenas: quæ a me uel maxime ob hoc retractandæ non sunt: quia omnibus notæ sunt. Et tamen quilibet eorum sententias accipere: si illi fideliter: ita ut sentiunt faterentur quod de temporibus christianis rari & hoc in angulis murmurēt: non usque adeo moleste accipiendum putet: cum totius populi romani consona uoce parique iudicio sensus ac sermo sit cognitus. Adeo quodam autem paruus: & leui motu hæsitasse erga se parumper consuetudinem uoluptatum indubitatissime contestatus est: ut libere conclamaret: si reciperet circum nihil esse sibi factum. hoc est: nihil egisse Romæ Gotorum enses: si concederet spectare Romanis circenses. Nisi forte ut se hæc apud plerumque hoc præcipue tempore: qui ex longa requie: uel paruam obortam sollicitudinem intolerabilem laborem putant. has clementissimas admonitiones quibus omnes aliquando restringimur: alienis punitionibus auditis lectisque præponunt. Quos saltem de hoc ipso exitu Sodomorum & Gomorreorum moneo: ut discere atque intelligere queant: qualiter deus peccatores punierit. qualiter punire possit. qualiter punitus sit. Ante annos urbis conditæ mille. lxx. dum Thelcises & Carsathii peruicax prælium aduersus Phoreneum regem Argiuorum: & Parapathios accipiunt: spem sine fructu uictoriæ gesserunt. Idemque Thelcises & Carsathii post paululum bello uicti: patria profugii: signarique rebus credentes quia se penitus a congressu totius humanæ habitationis abstraherent: Rhodum insulam quæ Ophiussa antea uocabatur: quasi tuta possessione ceperunt.

Vbi in Achaia sæuū diluuiū actum est:

Nte annos urbis cōditæ mille. xl. i Achaia sæuū diluuiū uastati
one plurima toti⁹ pene puiciæ fuit. Quod q̄a Ogygis: qui tunc
Eleusina cōditor & rex erat tpib⁹ effusū est: nomen loco actpi dedit:

De fame: quæ fuit in Aegypto.

Nte annos conditæ urbis mille. xlviii. fuisse apud Aegyptum
ptimū insolitam fastidiendamque ubertatem: deinde iugem
atque intolerabilem famem legimus: cui Ioseph uir iustus &
sapiens dīna puisione subuenerit: ut Pōpeius historicus refert. eiusq;
breviator Iustin⁹ docet: qui inter cætera sic ait. Minimus ætate iter fra
tres Ioseph fuit: cuius excellens ingeniū fratres ueriti interceptū pere
grinis mercatoribus uendiderūt. A q̄bus deportatū in Aegyptum: cū
magicas sibi artes solerti ingenio pcepisset: breui ipsi regi pcarus fuit.
Nam & pdigiorū sagacissimus erat. & somniorū primus intelligentia;
condidit. Nihilq; dīni iuris: humanique ei incognitū uidebatur: adeo
ut etiam agrorū sterilitatem futurā ante multos annos pspiciens: fru
ges congregasset. Tantaque ei⁹ expimenta fuerūt: ut nō ab hoīe: sed a
deo responsa accepisse uideret. Fili⁹ Ioseph Moyses fuit: quem præter
paternæ scīæ hereditatem & forme pulchritudo cōmendabat. Sed Ae
gyptii cū scabiem & uilitiginem paterent: respōso moniti eū cū agris:
ne pestis ad plures serperet: terminis Aegypti pellūt. hæc Iustinus. Sed
quoniam hæc idem Moyses: quem isti sapientem scientemq; fuisse at
testant: plenius ueriusque tanq̄ p se suosque gesta conscripsit: primū
fide eius atq; auctoritate: quam etiam isti pbant: horū ignorantia est
supplenda. dehinc sacerdotū Aegyptiorū fallax malitia cōfutanda est
qui uel astu: quod manifestius est: euidentem irā misericordiamque
ueri dei memoriæ subtrahere conati sunt: particulatim expositōe cōfu
sa: ne in contumeliam idolorū suorū eū colendū merito ostenderent: cu
ius consilio annūciata hæc mala: & auxilio euitata docuissent. uel for
te ut indulgentius accipiamus: obliti sunt. Illius. n. nostri Ioseph: q̄ fu
it uerū dei seruus: & p creatura domini sui pie itēteque sollicit⁹: pu
sione ipsi abundabant frugibus: quasi sacerdotes: sed q̄a falsi sacerdo
tes erant: cum cæteris esutientibus non dolebant. Enī uero: cui placet:
obliuiscit. cui dolet: minimit. q̄q̄ huius tpis argumentum historiis fa
ctisque reticentibus ipsa sibi terra Aegypti testis p̄nunciat: quæ tunc

redacta in potestatem regiam: restitutaque cultoribus suis ex omni fructu suo usque ad nunc quanta portio incessabile uectigal persoluit. Fuit itaque hæc fames magna sub rege Aegyptiorum Diapolito: cui nomen erat Amosis quo tempore Baleus Assyrius: Argiuos Apis regebat. Fuerunt autem ante annos famis septem præcedentes alii septem ubertatis anni: quorum affluentia tanto negligentius peritura: quanto uberius nata Ioseph noster solertia sua collegit: & condidit: totamque Aegyptum conseruauit. Acquisiuit uniuersam Pharaoni pecuniam. & deo gloriam reddens dispensatione iustissima: cui uectigal uectigal: cui honorẽ honorem omnium pecora: terras: censusque collegit. ipsos autem qui semetipsos cum terris suis accipienda stipendia taxatione uendiderat: statuta quintae partis portione laxauit. Huc Ioseph: quem constituit deus Aegyptiis conseruatae salutis auctorem: quis credat ita in breui eorum excidisse memoria: ut filios eius atque uniuersam cognationem paulo post seruitio addixerint: laboribus affecerint: internitionibus perfligauerint? Quam ob rem non est mirandum: si nunc quoque aliqui repuntur: qui cum a certicibus suis independentem gladium prætentum christi: quo solo salui sunt: aut dissimulent: aut infametur. grauarique se eorum temporibus asserant: quorum metitis liberantur.

De Amphitryone Deucalione & Libero.

Nono idcirco decimo ante urbem conditam Amphitryon Athenis tertius a Cecrope regnauit: cuius temporibus aquarum illuuiem maiorem partem populorum Thessaliae absumpsit: paucis pro refugia montium liberatis maxime in monte Parnaso: in cuius circuitu Deucalio tunc regno potiebatur: qui tunc ad se ratibus confugiẽtes susceptos per gemina Parnasi iuga souit. alique: a quo propterea genus humanum reparatum ferunt. Tunc etiam in Aethiopia pestes pluriuras dirosque morbos pene usque ad desolationem exarsuauisse Plato testatur est. Et ne forte diuisa tempora esse credant irae dei furorisque bellici: ea tempestate subactam Indiam Liber pro sanguine madefecit: caedibus opplevit libidinibus polluit: gentem utique nulli hominum unquam obnoxiam. uernacula tantum quiete contentam.

Hic dicitur quod populus dei in Aegypto afflictus est: & decem plagis percussa est Aegyptus.

Nono ante urbem conditam octingentesimo quinto infanda Aegyptiis mala atque intolerabiles plagas incubuisse Pompeius

Corneliusque testantur: Qui quidem cum hæc ambo de Iudæis referenda proponantur, aliquantulum me pro sua diuersitate mouerunt. Ait enim Pompeius siue eius abbreviator Iustinus hoc modo. Aegyptii cum scabiem ac uutiliginem patentes, responso moniti Moysen cum agris ne pestes ad plures serperet terminis Aegypti pellunt. Dux igitur exulum factus sacra Aegyptiorum furto abstulit quæ armis repentes Aegyptii domum redire tempestatibus compulsi sunt. At uero Cornelius de eadem re sic ait: Plurimi auctores consentiunt cum orta per Aegyptum tabes corpora foedaret regem Boccoy adito ammonis oraculo remedium petentem purgare regnum & id genus hominum ut iuisum diis alias in terras uehete iussu, sic conquistum collectumque uulgo postquam uastis in locis relictum sit, cæteris per lachrymas torpentibus Moysen unum exulum monuisse ne quam deorum temporum hominum uel opem expectaret sed sibi met duci cælesti crederet primo cuius auxilio præsentis miseras pepulissent. Itaque Cornelius dicit quod ipsis Aegyptiis cogentibus in deserta propulsi sunt Iudæi, & postea subiungit incaute quod opere Moysi ducis in Aegypto miseras pepulissent, qua re ostendit quaedam quæ per Moysen strenue acta sunt fuisse celata. Item Iustinus asserit pulsum æque cum populo Moysen sacra Aegyptiorum fuisse furatum quæ Aegyptios armis recipere molientes coactos tempestatibus ac repullos domum redisse. Et hic aliquid amplius & si non totum perdidit quod ille celauit. Quia propter quia Moysi magno illi duci testimonium ambo dixerunt ab ipso sicut quæ per eum & gesta & dicta sunt proficerentur cum populum dei hoc est genus Ioseph Aegyptii cuius opere salui erant seruitio oppressum labore cruciarent, insuper etiam ad necandam sobolem suam crudeli imperio cogerent dimitti deus populum suum liberum ad seruiendum sibi per Moysen nuntium iubet. Cõtereotusque durissimis contumaces supplicii agit qui decem plagis onerati ac protriti tandem quos dimittere noluerat etiam festinate coegerunt. Post aquas in sanguinem conuersas ardētibus siti grauiora asserentes poenarum remedia quam poenas post horridos ranarum squalores per omnia munda immundaque reptantes post ignitos sciniphes & nunquam se toto acre uibrantes pene inuitabiles post multas caninas etiam per interiora membrorum horridis motibus cursitates acerbeque inferentes tam grauiora tormēta quam turpia: post gradem omnium pecorum & iumentorum repentinam ruinam stragemque generalem post uellicas efferuescentes: ulceraque manantia & ut ipsi dicere maluerunt scabiem ac uutiliginem totis corporibus erupentem: post grandinem cum igne permistam passim homines armenta atque arbores perterentem: post locustarum nubes exhaustis omnibus ipsas quoque radices seminum

persequentes: post tenebras imaginibus diras: cōassitudine palpabiles: diuturnitate ferales. postremo post uniformem ī tota Aegypto primitiua sobolis necem: paremque per uniuersos orbitatū tempestatē: qui iubenti deo non cesserant: cessere punienti. sed mox pessime poenitētēs dimissos persequi a uisi ultima nefandae puitaciae expendere supplicia. Nam rex eorū uniuersum Aegypti exercitū curribus atque equitibus instructum in circūcrrantes egit: cuius numerū hoc solo uel maxie argumento conuicere possumus: quod eum. cccccc. milia uiroꝝ timueſt atque fugerunt. Sed p̄ceptor depressoꝝ & ultor cōtumaciū deus diuisit subito rubꝝ mare ac dilatatis utrinque marginibus rigentiū ūday in montis faciem latera erecta suspendit: ut inoffensis pelagi uiis p̄uocatis pii uiam desperatā salutis impii foueam insperatā mortis intrarent. Itaque Hebræis tuto p̄ sicca gradientibus refuisis a tergo aquarū astantiū molibus obruta est & interfecta cū rege suo uniuersa Aegypti multitudo. tota p̄uincia plagis ante cruciata: ac postremo interfectione uacuata ē. Extant etiam nunc certissima horū monumenta gestoz. Nam tractus curruūque rotaz orbitæ non solū in litore s; etiā ī p̄fundo: quousque uisus admittitur: peruidentur. Et si forte ad tēp̄ uel casu: uel curiositate turbantur: cōtinuo diuinitus in pristinā faciē uentis fluctibusque reparant: ut si q̄s timore dei non doceat uel p̄pala latæ religionis studio: iræ ei' transactæ ultionis terreat exēplo. His etiā t̄pibus a deo iugis & grauis æstus incāduit: ut sol p̄ deuia transuectus: uniuersū orbē nō calore affecisse: sed igne torruisse dicat. Impressūq; feruorē & Aethiops plus solitū & insolitū Scythia nōtulerit. Ex quo etiā quidam: dū non concedūt deo ineffabilem potentiā: suas ianes ratiūculas conquirentes ridiculā Phætontis fabulam texuerūt.

De duobus fratꝝ filiis.

Tem anno ante urbem conditam septingentesimo septuagesimo quinto inter Danai atque Aegisthi fratꝝ filios quinquaginta parricidia una nocte cōmissa sunt. Ipse deinde tantoz scelerū fabricator Danaus regno: quot tot flagitiis acquiserat pulsus. Argos cōcessit. ibique indigne per suas in facinus Argiuis Sthenelū: q̄ eum p̄fugū egētēque susceperat: regno expulit. atque ipse regnauit. Busiridis in Aegypto cruentissimi tyranni crudelis hospitalitas: & crudelior tunc religio fuit: qui innocentē hospitem sanguinem diis scelerū suoz participibus propinabat: quod execrabile sine dubio hominibus

ipsis: necdum etiam diis uideri potest. Tunc etiam a Progne Terei & Philomenæ incestui parricidium adiunctum est: execrabilius utrique conuiuium per infandos cibos additum est. cum propter sororis pudicitiam ereptam: præcisamque linguam filium paruulum mater occidit. pater comedit. Isdem temporibus Perseus a Græcia in Asiam transfuectus est: ibi barbatae gentes graui diuturnoque bello domuit: & nouissime uictor nomen subiectæ genti dedit. Nâque a Perseo Persæ uocati sunt. At ego nunc cogor fateri me prospiciendi finis comodo de tanta malorum sæculi circumstantia præterire plurima. cuncta breuiare. Nequaquam enim tam densam aliquando siluam prætergredi posse: nisi etiam crebris interdum saltibus subuolarem.

De regno Assyriorum: quod per quinquaginta reges propemodum actum est.

Am cum regnum Assyriorum per mille centum sexaginta annos usque ad Sardana pulum per quinquaginta propemodum reges actum sit: & nunquam pene uel inferendis uel excipiendis usque in id tempus bellis quiescerit: quis finis reperietur: si ea commemorare numerando: ne dicam describendo conemur. præsertim cum & Græcorum prætereunda non sint: & Romanorum uel maxime recensenda sint nec mihi nunc enumerare opus est Tantalus & Pelopis facta turpia & fabulæ turpiores: quorum Tantalus rex Phrygiorum Ganymedem Troie Dardaniorum regis filium cum flagitiosissime rapuisset: maiori conserti cetera minis fœditate detinuit: sicut Panocles poeta confirmat: qui maximum bellum excitatum ob hoc fuisse commemorat: siue quia hunc ipsum Tantalum utpote asseclam deorum uideri uult raptum puerum ad libidinem Iouis familiari lenocinio præparasse qui ipsum quoque filium Pelopem epulis eius non dubitavit impendere: Tædet etiam ipsius Pelopis contra Dardanum atque Troianos quælibet magna referte certamina: quæ quæ in fabulis celebrari solita sunt: negligentius audiuntur. Illa quoque prætereo: quæ de Perseo & Cadmo Thebanis Spartanisque per inextricabiles alternantium malorum recursus: Palephato scribente referuntur. Taceo flagitia Lemniadum. prætermitto Pandionis Atheniensium regis flebilem fugam. Atrei & Thyestæ odia. Stupra & parricidia: cælo quoque iniuria dissimulo. Omitto Oedipum interfectorem patris: matris maritum: filiorum fratrem: uicticum suum. Sileri malo: Eteoclem atque Polylicem mutuis laborasse concursibus: ne quis eorum parricida non esset.

10
Nolo meminisse Medæ amore suo fauciarum & pignorum paruulorum
cæde gaudentis: & quicquid temporibus illis perpetratum conici dat: qua
liter homines sustinuerint: quod etiam astra fugisse dicuntur.

De certamine inter Cretenſes & Athenienſes.

Nno ante urbem conditam quingentesimo. lx. atrocissimum iter
Cretenſes & Athenienſes certamen fuit: ubi utrinque popu
lis infeliciter perſigatis cruentiorē uictoriam Cretenſes exec
cuerunt: qui nobiliū Athenienſiū filios minotauro: utque fero homini an
humanæ beſtiæ aptius dicam nescio: deuorandos crudeliter addicebant:
atque informem perdigium effoſſis Græciæ luminibus ſaginabant. Iisdem die
bus Laphitæ & Theſſali famoſis nimum certauere conſictibus. Sed Theſ
ſalos Palephatus in libro primo incredibilius prodiſit: ipſos a Laphitis
ereditos dictosque fuiſſe centauros eo: quod diſcurrētes in bello equi
tes: ueluti unum corpus equorum & hominum uiderentur.

Vbi Veſores rex Aegypti meridiem & ſeptentrionem uendicare ſibi uoluit.

Nno ante urbem conditam. cccc. lxxx. Veſores rex Aegypti me
ridiem & ſeptentrionem diuiſas pene toto cælo ac pelago plagas
aut miſcere bello aut regno iungere ſtudens Scythiſ bellum pri
mus indixit: miſſis prius legatis: qui hoſtibus parendi leges dicerent: ad
quæ Scythæ legatis reſponderunt. Stolide opulentiffimum regem aduer
ſus inopes ſumpſiſſe bellum: quod timendum ipſi magis uerſa uice fue
rit propter incertos belli euentus. nulla præmia: & dâna manifeſta. porro
ſibi non expectandum: dum ad ſe ueniat. ſed ultro prædæ obuiam itu
ros. Nec mora. nam dicta factis inſequuntur. Primum ipſum Veſorem
territum refugere in cægnum cogunt: deſtitutum uero exercitum inuadunt:
omnemque belli apparatus capeſſunt. Vniuerſam quoque Aegyptum
populaſſent: niſi paludibus impediti reſuſſi fuiſſent. Inde continuo re
uerſi per domitam cædibus inſinitis Aſiam ueſtigalem fecere. ubi per. xv.
annos ſine pace imorati tandem uxorū flagitione reuocant denuntian
tium: niſi redeant: ſobole ſe a finitimis quaſiſſuras. Medio autem tempore apud
Scythas duo regii iuuenes Plinos & Scholopythus per factionem optima
tum domo pulſi ingentem iuuentutem ſecum traxerunt. & in Cappadociæ
Ponticæ ora iuxta amnem Thermodontem conſederunt cæpis Thermiſcyraïs

sibi subiectis: ubi diu p̄xima quæque populati cōspiratōe finitimorū
p̄ insidias trucidātur. Horū uxores exilio ac uicuitatē p̄motæ arna su-
munt. & ut omnibus par ex simili conditione animus fieret: uires: q̄ sū-
perant: interficiūt. atque accensæ in hostem sanguine suo ultior: m̄ ca-
soꝝ coniuꝝ finitimorū excidio consequūtur.

Vbi Amazones arma sumpserunt.

Vnc pace armis quæ sita externos cōcubitus ineūt. editis ma-
res mox necant. foeminas studiose nutriūt: in uistis infantiū de-
terioribus mamillis: ne sagittarū iactu ipedirent. Vnd: Ama-
zones dictæ. Harū duæ fuere reginæ Marpesia & Lampedo: quæ agmi-
ne diuiso in duas ptes uicissim curam belli & domus custodiam fortie
bantur. Igit cum Europi maxima pte domuissent: Asiæ uero aiquan-
tis ciuitatibus captis: ipsæ autē Ephesum aliasque urbes condidissent:
p̄cipuā exercitus sui partē onustā opulentissima p̄da domum re-
uocant. reliquæ ad tuēdū Asiæ imperiū relicte cū Marpesia regina cō-
cursu hostiū trucidantur. Huius locū capessit Orethia filia: quæ sin-
gularē uirtutibus gloriā perpetua uirginitate cumulauit. Hæ fama
excitas gentes tāta admiratio & formido iuaferat: ut Hercules quoq̄
cū iussus fuisset a domino suo exhibere arma reginæ: quasi ad neuira-
bile periculū destinatus: uniuersam Græciæ lectam ac nobilem iuuen-
tutē contraxerit: nouē longas naues p̄parauerit: nec tantū c̄t̄xtus
examine uiriū ex ip̄rouiso aggredi. & in speratas circūuenire maluerit.
Duæ tūc sorores regno p̄terant Arthiope & Orithyia. Hercules ma-
ri aduectus incautas inermesque pacis icuria desides oppressit: ter cæ-
sas captasque q̄ plurimas duæ sorores Antiope & Menalippe a hercu-
le. & Hippolytea Theseo retentæ sunt. sed Theseus Hippolytem ma-
trimonio asciuit. Hercules Menalippē sorori reddidit. & armæ reginæ
precio redēptionis accepit: post Orithyiam Pentefilia regno p̄tita est
cui⁹ Troiano bello clarissimo iter uiros documēta uirtutis accepim⁹.

Hic dicitur de Gotis: quos Alexander
& Cæsar esse uitandos iudicarunt.

Rodolor pudet terroris humani. Mulieres patria p̄figæ Eu-
ropā atq̄ Asiā: idest plurimas fortissimasque mūd̄ partes
intrauerūt. puagatæ sunt. deleuerūt. & c. p̄ne ānis c̄t̄tēdo

urbes plurimas: atque alias cōstruendo tenuerunt. nec tamen miserā
hominū pressura temporū deputata ē. Modo autē Getæ illi qui & nunc
Goti: quos Alexander euitandos pnūciauit: Pyrrhus exhorruit. Cæ
sar etiam declinauit: relictis uacuefactisque sedibus: ac totis uirib' tu
ti Romanas ingressi puincias. simulque ad terrorem diu ostentati soci
etatem Romani fœderis precibus sperant: quam armis uendicare potu
issent. exiguæ habitationis sedē non ex sua electiōe: sed ex nostro iudi
cio rogant: quibus subiecta & patente uniuersa terra præsumere: qđ eēt
libitū: liberę fuit. semetipsos ad tuitionē Romani regni offerunt: quos
solos inuicta regna timuerūt. & tamen cæca gentilitas cū hæc Romana
uirtute gesta nō uideat: fide Romanorū ipetrata nō credit. nec acquiescit
cū intelligat: confiteri beneficio christianæ religionis: quæ cognataz p
omnes populos fidem iungit: eos uiros sine prælio sibi esse subiectos:
quorū fœminæ maiorem terrarū partē immensis cædibus deleuerūt

De raptu Helenæ: & coniuratione Græcorū.

T uero ante urbem conditā. ccc. tricesimo & amplius anno ra
ptus Helenæ cōiuratio Græcorū & concursus mille nauium de
hinc decennalis obsidio ac postremo famosum Troiæ excidiū
prædicatur: in quo bello per decem annos cruentissime gesto: quas na
tiones: quantosque populos idem turbo inuoluerit: atque afflixerit.
Homerus poeta in primis clarus luculentissimo carmine palam fecit.
nec per ordinem nūc retexere nostrum est: quia & operi longū & omni
bus notum uidetur. Verū tamen qui diuturnitatē illius obsidiōis euer
sionis atrocitatem: cædem captiuitatemque didicerūt: uideant: si recte
isto: qualiscūque est præsentis tēporis statu offendūtur: quos hostes
occulta misericordia dei cū per omnes terras instructis copiis perseq
possent: pacis gratia præsentis obsidibus per oīa maria sequūtur. & ne
forte hæc quietis amore facere credantur: se ipsos ac picula sua pro ro
manorū pace aduersus alias gentes offerunt.

Aenæ in Italiam aduentus.

Aucis præterea annis interueniētibus Aenæ pfugi ex Troia
aduentus in Italiā quæ arma cōmouerit: qualia per triennium
bella excitauerit: quantos populos iplicuerit: odio excidioq;
afflixerit ludi litterarii disciplina nostræ quoque memoriæ insitum ē

Horum præterea temporis medio iteriacent exilia. naufragiaque Græcorum
Pelopenſiū clades: Codro moriente. fatorum ignari Thracēs noua in bella
ſurgentes. & generalis tunc per totā Aſiam Græciamque cōmotio.

De Sardanapalo rege Aſſyriorum nouiſſimo.

Nno ante urbē conditam. lx. iiii. nouiſſimus apud Aſſyrios re-
gnauit Sardanapalus: uir muliere corruptior: qui inter ſcor-
torum greges fœmineo habitu purpuram collo tractās a præſe-
cto ſuo Arbactō. qui tūc Medis præerat uifus: atque execrationi habi-
tus: mox etiam excitis Medorum populis ad bellū puocatus & uictus ar-
dente pyrae ſe iniecit. Exhinc regnum Aſſyriorum in Medos cōceſſit. De
inde multis præliis undique ſcatentibus: quæ per ordinem diſſerere ne-
quaquam aptū uidetur: per uarios puentus ad Schytas Chaldaeosq;
& rurfus ad Medos parili uia rediit. In quā breuitate penſandū ē: quā-
tā ruinae cladesque gentium fuere. quāra bella fluxerūt: ubi totiēs tot
& talia regna mutata ſunt. Poſt hæc Medis Phraortes imperitauit: qui
trebetrimis Perſarum Aſſyriorumque bellis uiginti & duos regni ſui an-
nos conſumpſit. Poſt hunc Diocles regnauit: uir armis expertiſſimus
ſemperque bellis imoratus: qui auctum late imperiū motiēs Aſtyagi
dedit. Aſtyages uirili prole uacuus Cyrum nepotem apud Perſas ge-
nitum habuit. Sed Cyrus mox ut adoleuit: congregata Perſarum manu
auro certamē indixit. Porro Aſtyages oblitus ſcleris ſui: quod in Har-
palū dudum admiſerat: cū filium eius unicū & paruulū interfecit: epu-
landumque patri appoſuit: ac. ne quid infeliciffime orbitati felix igno-
rantia ſubtraheret: infames epulas oſtenſis patri cū capite manibus im-
properauit. Huius ergo facti imemor ipſi Harpalo ſummam belli cō-
miſit: qui acceptum exercitū ſtatim Cyro per pditionem tradidit: quo
comperto Aſtyages raptis ſecuribus cepiſis in Perſas ipſe pſciſcit. aciuſq;
certamen inſtaurat: ppoſito ſuis metu: ſiquis de prælio cedere moliret
ferro excipetur: qua neceſſitate inſtanter Medis pugnantibus: pulſa ite-
rum Perſarum acies cū paulatim cederet: matres & uxores eorum obuiā occurrit.
orant in præliū reuertantur. Cuntantibus ſublata ueſte obſcœna cor-
poris oſtendūt: quærentes: num in uteros matrum uel uxorū uellent refu-
gere. Quō factō erubeſcentes in præliū redeūt. & facta impreſſione quos
fugiebāt: fugere compellūt. Ibi tūc Aſtyages capitur: cui Cyrus nihil
aliud q̄ regnum abſtulit. eūque maxime Hyrcanorum genti præpoſuit.
In medos uero ipſe reuerti noluit. Is ſinis imperii medorum fuit. ſed cui

tates quæ tributariæ medorum erant: a Cyro defecérant: quæ res Cyro multoꝝ belloꝝ causa & origo extitit.

Quod Phalaris Siculus tyrannidē arripuit.

A tempestate Phalaris Siculus Agrigentinos arrepta tyrāni de depopulabatur: qui crudelis mente: commentis crudelior omnia nefarie in innocentes agens inuenit aliquando: quē iuste puniret iniustus. Nam Perillus quidam æris opifex affectans tyrāni amicitiam aptum munus crudelitati illius ratus taurum æneum fecit: cui fabre ianua e latere composuit: quæ ad contrudendos damnatos receptui foret: ut cum in cluis ibidem subiectis ignibus torretetur fontum uocis extortæ capacitas concaui æris augetet: pulsuque ferali competens imagini murmur emitteret. nefarioque spectaculo mugitus pecudis: non hominis gemitus uideretur. Sed Phalaris factuz amplexus factorem execratus & ultioni materiam præbuit & crudelitati. Nam ipsum opificem sua inuentione puniuit. Fuerat etiam paulo superiori tempore apud Latinos rex Romulus: qui per annos. xviii. flagitiis impietatibusque crescens ad postremum diuino iudicio fulmine interceptus matura supplicia immatura ætate exoluit. Eligant nunc si uidetur: Latini & Siculi: utrum in diebus Romuli & Phalaris eē maluissent: innocentium uitas pœnis extorquentium: an his temporibus christianis: cum imperatores Romani ipsa in primis religione compositi post communitas rei publicæ bono tyrannides ne ipsorum qdē iniurias exigunt tyrannorum.

De bello Peloponnensiu & Atheniensiu.

Nno ante urbē conditā. xiii. Peloponnensiu Atheniensiuque maximū bellū totis uiribus animisque cōmissū ē: In quo caudibꝰ mutuis ad hoc coacti sunt: ut uelut uicti se ab alterutro subtraherent: belloque discederēt. Tunc & Amazonū gentis & Cimmericoꝝ in Asiam repētinus incurfus. plurimā diu lateqꝫ uastationem stragēqꝫ edidit. Anno uicesimo ante urbē cōditā Lacedæmonii cōtra Melanios ppter sptetas uirgines suas ī solēni Melanioꝝ sacrificio pānos. xx. ī defesso furoꝝ bellites ruina suæ totas Græciæ uires īplicuerūt: qꝫ cū se magnis execratiōibus deuouissent: sacramētisqꝫ obstrinxissent

domum nisi Mesana expugnata nunquam esse redituros: ac per decem
annos longa fatigati obsidione: nec tamen aliquem uincendi fructum ad
epta: porro autem & querelis uxoribus super longa uiduitate: & pericu
lo sterilitatis contestantium permoti reuocarentur: consultatione ha
bita ueriti: ne intercepta spe sobolis sibi magis hac pseuerantia: quam me
saniis perditio nutrireretur: selectos in exercitu eos: qui post iusiurandum
in supplementum militiae uenerant: Spartam remittunt: quibus pmi
scuos omnium foeminarum concubitus permisere: infami satis nec ta
men utili licentia. Ipsi autem proposito insistentes expugnant fraudeque
Mesanos uictos seruitio premunt. At illi cruentam diu dominationem in
ter ubera & uincula pressi iugum excutiunt. arma sumunt. bellum instaurant.
Lacedaemonii Tyrteum poetam Atheniensem ducem praelio legunt: qui tribus
conflictibus fusi amissum exercitum: uocata in libertate seruorum manu: sup
pleuerunt. Sed: cum sic quoque desistendum certamine propter metum periculi
arbitrarentur: Tyrtei poetae & ducis composito carmine: & pro contione reci
tato: rursus accensi mox in certamen ruunt. Tantaque uirorum concursu
sum est: ut raro unquam cruentius praelium exarserit. At postremum tamen
uictoria Lacedaemoniorum fuit. Tertio Mesanii reparauerunt certamen. nec
Lacedaemoniis mora in auxilium copias multas utrinque duxerunt. Athe
nenses uero Lacedaemonios alibi intentos e diuerso aggredi parant. nec
Lacedaemonii quieuerunt. Nam ipsi in Mesanos occupati Peloponneses
imiserunt: quia Athenienses bello excipient. Athenienses autem missa in Aegy
ptum praeua classe ipares uiribus nauali congressu facile uincunt. Dehinc
recepta classe aucti etiam militum robore uictores in praelium uocant. Laceda
emonii quoque omissis Mesaniis in Athenienses arma conuertunt. Diu
graues & uariae pugnae & anceps uictoriae status. quare ad postremum
pendente euentu utrinque discessum est. Sciendum tamen est: ipsam esse Spar
tam: quam Lacedaemoniam ciuitatem dicunt: atque inde Lacedaemonios Sparta
nos dici. Igitur inde reuocati Lacedaemonii ad Mesaniorum bellum: ne medium
tempus otiosum Atheniensibus relinquere: cum Tebanis paciscuntur: ut
Boetiorum imperium eis restituerent: quod temporibus belli Persici amiserant
si illi Atheniensium bella suscipere. Tanta furor Spartanorum erat: ut
duobus bellis impliciti suscipere terminum non recusarent: dum modo inimi
cis suis hostes acquirerent. Athenienses tanta bellorum tempestate permo
ti duos dies deligunt. Periclem spectatae uirtutis uirum & Sophoclem scri
ptorem tragediarum: qui diuiso exercitu & Spartanorum fines populati sunt
& multas Asiae ciuitates Atheniensium imperio adiecerunt. Hic por
ro per annos. l. incerta semper uictoria terra marique pugnatum est: donec

Spartani & opibus iminutis: & fide profligata sociis quoque pbro fuere. Sed hæc per tot ætatū uolumina incubuisse Græciæ parui peditur. Nūc autē interpellari interdū uoluptates & ipediti parūq; libidines nō sustinetur: q̄q̄ inter illius tēporis homines atque istius hoc iter est. q̄ illi æquo animo hæc intoleranda tolerabant: quia ī his nati uel emutriti erant: & meliora non nouerant. Isti autem perpetuo in uita sua tranquillitatū & deliciaꝝ sereno assuefacti: ad omne uel modicūq; obducta sollicitudinis nubilum commouentur. Atque utinam ipsum depulso tem huius uel modicæ inquietudinis precarentur: cuius munere hanc ignoratam aliis temporibus iugitatem pacis habuerunt. Et: quoniam sponondisse me memini: cum ueluti articulis quibusdam dicendi ordinem definirem: dicturum me esse ab orbe condito usque ad urbem conditam: huic uolumini: quod ab orbe condito explicauimus: finis hic sit ut ab urbe condita sequens libellus incipiat: qui contextiora illorū tēporum mala exetecationibus quippe ad nequiciam atque eruditioribus hominibus continet.

PAULI OROSII HISTORIAVM
SECVNDI LIBRI INITIUM.

Eminem iam esse hominum arbitror: quem later possit: quod hominem in hoc mundo deus fecerit unde etiā peccante homine mundus arguitur. ac propter nostram intemperantiā comprimendam terra hæc: in qua uiuimus: defectu cæterorū aīaliū & sterilitatem suorū fructuū castigatur. Itaque si creatura dei merito: & dispēfatio dei sumus: quis magis diligit eam: quam ille: qui fecit? Quis autem ordinatius regit: q̄ is: qui & fecit & diligit? Quis ueto sapientius & fortius ordinare & regere facta potest: quam: qui & facienda prouidit. & prouisa perfecit? Quia propter omnem potestatem a deo esse: omnemque ordinationem & qui non legunt sentiunt: & qui legunt cognoscunt. Quod si potestates a deo sunt: quanto magis regna: a quibus reliquæ potestates p̄grediuntur? si autē regna diuersa: quanto æquius regnū aliquod maximū cui reliquorū regnorūq; potestas uniuersa subiicitur? Quale a principio Babylonicū. & deinde Macedonicū fuit. post etiā Africānum: atque

in fine Romanum: quod usque ad nunc manet: eademque ineffabili ordinatione per quattuor mundi cardines. iiii. regnoꝝ principatus fuisse distinctis gradibus eminentes: ut Babylonicum regnū ab oriente. a meridie Cartaginense. a septentrione Macedonicum. ab occidēte Romanū: quoz inter primū & nouissimū: id est inter Babylonicum & Romanum: quasi inter patrem senem ac filium paruum Africanum & Macedonicum breuia & media: quasi tutor curatorque uenerūt: potestate temporis non iure hæreditatis admissa: Quod utrum ita sit: apertissime expedire curabo.

De Nino rege Assyrioꝝ occiso.

Ex primis apud Assyrios. qui eminere cæteris potuit: Ninus fuit. Occiso Nino Semiramis uxor eius totius Asiæ regia Babyloniæ urbem instaurauit. caputque regni Assyrii: ut eēt: instituit. Regnū Assyrioꝝ diu inconcussa potentia stetit. sed cum Arbactus: quem alii Arbacem uocant præfectus Medoꝝ: idemque natione Medus Sardanapulum regem suum apud Babyloniæ urbem interfecisset: regni nomen & summam ad Medos transtulit. Ita Nini & Babyloniæ regnū eo anno in Medos deriuatum est quo anno apud Latinos Proca Amulii & Numitoris pater: auus autem Rheæ Siluiæ: quæ mater Romuli fuit regnare cœpit. Ut autem omnia hæc ineffabilibus mysteriis & profundissimis dei iudiciis disposita non aut humanis uiribus aut incertis casibus accidisse p̄doceam: omnes historia antiquæ a Nino incipiunt. oēs historia Romanæ a Proca exoriūtur. Deinde a primo anno imperii Nini usque quo Babylonia Semiramide instaurari cœpta est: interueniūt anni. lx. iiii. Et a primo anno Proca cū regnare cœpit usque ad conditionem urbis factam a Romulo: interfuūt anni æque. lx. iiii. Ita regnante Proca futuræ Romæ seminis iacta est. etsi nondū germen apparet. Eodem anno ipsius Proca regni Babyloniæ regnū defecit: etsi adhuc Babylonia ipsa consistit. Discedente autem Arbactō in Medos partē regni penes se retinere Chaldei: qui Babyloniā sibi aduersum Medos uēdica uerūt. Ita Babyloniæ potestas apud Medos. proprietatis apud Chaldæos fuit. Chaldæi autem p̄pter antiquam regniæ urbis dignitatem non illā suā sed se illius uocari maluerūt. Vnde factum est: ut Nabuchodonosor cæterique post eū usque ad Cyrum reges quibus Chaldæoꝝ uiribus potentes. & Babyloniæ nomine clari legātur: in numero tamen & ordine regum non habeantur illustriū.

Quando Babylon illa cecidit. & Roma surrexit.

Abylon itaque eo año sub Arbactō præfecto dehonōrata est: quo Roma sub Proca rege: ut pprie dixerim feminata est. Babylon nouissime eotēpore a Cyro rege subuersa: quo primū Roma a Tarquinioꝝ regū dominatione liberata est. Siquidē sub una eadēque conuenientia temporū illa cecidit: ista surrexit. Illa tūc primū alienigenarū ppeffa dominatū: hæc tunc primū etiam suorū asp̄nata fastidium: Illa tunc quasi moriens dimisit hæreditatem. hæc uero pubescens tunc se agnouit hæredē. Tunc orientis occidit imperiū. & ortum est occidentis. Et ne diutius uerbis morer: cōmitto me dentibus infantiū: sed ueritatis præfidio liberandū. Regnauit Ninus annis. lii. Medio imperii sui tempore Babyloniam caput regni condidit.

De Babylone & Roma.

Tem Babylon post annos. M. c. lxiiii. quam cōdita erat a Medis & Arbactō rege eorū: præfecto autem suo spoliata opibus & regno. atque ipso rege priuata est. ipsa tamen post aliquandū mansit incolumis. Similiter & Roma post annos totidē. hoc est. M. c. lxiiii. a Gotis & ab Alarico rege eorum: comite autem suo irrupta: & opibus spoliata: non regno: manet adhuc: & regnat incolumis: quāuis intantum arcanis statutis in utranque urbem conuenientia totius ordo seruatus sit: ut & ibi præfectus eius Attabus regnū iuaferit: & hic huius præfectus Attalus regnare tentauerit: tam& si apud hanc solam merito christiani imperatoris Honorii attētatio prophana uacuata sit. Itaque hæc ob hoc præcipue commemoranda credidi: ut tanto arcano ineffabiliū iudiciorum dei ex parte patefacto intelligant hi: q̄ in sipienter utique de temporibus christiānis murmurant: unū deū disposuisse tēpora: & in principio Babyloniis & in fine Romanis. Illius clementia esse: quod uiuimus. quod autem miseræ uiuim⁹ in pantia nostræ. Ecce. similis Babylonia ortus. & Romæ similis potētia. similis magnitudo. similia tēpora. similia bona. similia mala. tametsi nō similis exit⁹ similisue defectus. Illa enim regnū amisit. hæc retinet. Illa iterfectōe regis orbata. hæc incolumi ipatore secura ē. Et hoc quare? quoniā ibi i rege libidinū punita turpitudine. hic xp̄ianæ religiōis cōtinētissima æqtas in rege suata ē. Ibi absq; religionis reuerētia auiditatē uoluptatis licētia furoris impleuit. hic & xp̄iani fuerunt: qui pcerent: & ppter quorum

memoriã. & i quorũ memoria patet. Quapropter definãt religionẽ
lacerare: & laceſſere patientiam dei propter quam habent quod habent
& utinam hoc quoque impunitũ habeant: ſi aliquando deſiſtant. Re-
colant ſane mecũ maiorũ ſuorũ tempora bellis inquietiſſima: ſcelerib⁹
execrabilia: diſſentionibus fœda: miſeriis continuatiſſima: quæ & meri-
to poſſunt horrere: qui affuere: & neceſſario debent rogare: ne ſint. et
ſane rogate ſolũ deũ: qui & tunc occulta iuſticia permisit ut fierent. &
nũc apta miſericordia præſtat: ut non ſint: quæ modo a me plenius ab
iſo urbis exordio puoſutis per ordinẽ hiſtoricis pferentur.

Urbs Roma in Italia condita.

Nno igitur poſt euerſionẽ Troiæ circiter. ccc. xxxv. Olympia
ce aut ſexta: quæ quinto demũ anno quatuor in medio exple-
ris apud Elidẽ Graciæ ciuitatẽ agone & ludis exercete ſolet:
urbs Roma in Italia a Remo & Romulo geminis auctori-
bus cuius regnũ continuo Romulus parricidio imbuuit. pari-
quẽ ſucceſſu crudelitatis ſine more raptas ſabinas improbis nuptiis
confœderatas maritorũ & parentũ cruore dotauit. Itaq; Romulus
interfecto primũ a uo Numitore: dehinc Remo fratre arripuit
imperium. urbẽque conſtituit Regnum aui. muros fratris. templũ
ſoceri ſanguine dedicauit. ſcleratoꝝ manu pmiſcua impunitate
collegit. Primus illi campus ad bellũ forum urbis fuit. miſta
ſimul externa ciuiliaque bella nũquã deſutura ſignificans.
Sabinorũ: quos fœdere ludisque pellexerat: fœminas taz
inhoneſte præſumpſit: quam nefarie defendit. Ducem eorũ
Titum Tatium ſenem: honeſtis pietatis cauſis inſiſtentẽ: diu
armis ppulſatũ mox ut in ſocietatẽ regni aſſumpſit: occidit.
Cum Veientibus præliũ ad huc paruo nomine magnis uiribus
agitatũ ẽ. Ceninenſiũ captũ ac dirutũ oppidũ. aſſumptis
ſemel armis nunq̃ q̃es fuit: quippe q̃b⁹ egeſtas turpis atque
obſcœna famas domi timereſ: ſi unquã paci acceſſiſſent.
Iam hĩc inceſſabilia certamina: & iuxta quãtitatẽ uiriũ ſemper
grauia q̃breuiſſime ſtrinxero: Tullum Hoſtilium militaris rei
inſtitutorẽ ſi ducia bene exercitata iuuentutis Albanis intuliſſe
bellũ: & diu altri ſecus ſpe incerta certa q; clade tandẽ
peſſimos exit⁹ & dubios euẽt⁹ cõpẽ dioſa tergeminoꝝ
cõgreſſione fuiſſe. Rurſus pace dirupta Metiũ Sufetiũ
Fidenate bello meditata etiã pditõẽ ſuſpẽſũ: currib⁹
i diuerſa raptantib⁹ duplicis animi noxã pœna diuiſi
corporis expẽdiſſe. Latinos Anco Martio duce ſæpe
congreſſos: aliquando ſuperatos. Tarquiniũ

Priscū omnes finitimos & potentes tūc. xii. Thufciaē populos inuē-
ris cōcidisse cōflictib⁹. Veientes Seruo Tulio īfistente uictos fuisse nec
domitos: Tarquiniū Supbi regnum occiso focero scelere affūptum: ha-
bita ī ciues crudelitate detentū flagitio adulteratæ Lucrefiæ amiffum
& int⁹ domestica uicia uirtutesque forinsec⁹ emicantes idest opida uali-
da in Latio per eum capta Ardeam Ocricolū Sinuessam Pometiamq; &
quiequid in Gabios uel fraude ppria uel pœna filii uel Romanis ui-
rib⁹ ppetrauit Sed Romani quanta mala per. ce. xl. & .iiii. annos cōtinua
illa regum domiatiōe ptulerit nō solū uni⁹ regis expulsio uerū etiam
abiuratio regii nōis & potestatis ostēdit. Nam si unius tantum supbia
fuiſſet in culpa ipſum ſoluz oportuiſſet expelli ſeruata regia dignitate
Melioribus igitur regibus urbe propulſis Romani conſulendum ſibi.
quam eūquam ſuæ libertati dominandum rati cōſules creauerunt q;
bus ueluti adulta rei publicæ creſcentis ætās robuſtioribus auſis exer-
cebatur.

Nno poſt urbem cōditam. cc. xliiii Brutus primus apud Ro-
manos conſul primū conditorem regemque Romæ non ſo-
lum ex æquare parricidio ſed & uicere ſtudiuit. Quippe duos
filios adoleſcētes totidemque uxoris ſuæ fratres Vitellios iuuenes re-
uocandoz in urbe regum placitos īſimulatos in concionem protraxit
uirgis cecidit ſecurique peuſſit. Ipſe deinde Veientum Tarquiniēſi-
umq; bello cum Arunte Supbi filio cōgreſſu ſibi cōmortuoque pecu-
buit. Porſenna rex Hetruſcoz grauiffim⁹ regii nominis ſuffragator.
Tarquiniēſium manū īgerēs trib⁹ cōtinuis annis trepidam urbem
terrūit. cōcluſit. obſedit & niſi hoſtem uel mutuis cōſtanti urendæ ma-
nūs patiētia uel uirgo Chlœlia admirabili tranſmeati ſtūmīs audacia
pmouiffet: profecto Romani cōpulſi fuiſſent perpeti aut captiuitatez
hoſte īſiſtēte ſupatia aut ſuitutē īcepto rege ſubiecti. Poſt hæc Scabini
corraſis ūdiq; copiis magno apparatu belli romani cōtendūt: quo me-
tu cōſternati romani dictatōrē creant cui⁹ auctoritas & potentia cōſulē
præiret quæ res in illo tunc bello plurimū emolumentū tulit. Seq; diſ-
ceſſio plebis a patribus cum Marco Valeriano dictatore delectum mi-
litum agente uariis populis ſtimulat⁹ iūriis ſacꝝ montē inſedit arma-
tus: qua pernicio quid atrocius: cū corpus a capite defectum perditio-
nem eius: per quod ſpirabat: meditaretur: actumque de Romano noīe
inteſtina pernicio foret: niſi maturata reconciliatio ſubrepſiſſet prius:
quæ ſe diſceſſio ipſa cognofceret. urget. n. ſe atq; iminet ſibi extra illas

apertas bellorum clades successu misero clademina pernicies. Quippe Tito
 Gessonio & Publio Numitio consulibus duo uel maxima omnium malorum
 abominamenta famies & pestilentia fessam urbem corripuere. Cessatum est
 paulisper a praeliis. cessatum tamen a mortibus non est. Veientes & Hetrusci
 gratos hostes adiunctis sibi finitimorum copiis in bella surgentes obuiis
 Marco Fabio & Gneo Manlio consulibus excipiuntur: ubi post sacram iu-
 rationis: quo se Romani deuouerant: non nisi post uictoriam ad castra re-
 dituros: adeo atrox certamen fuit: ut uictis uictoribusque par forma
 esset. & amisso plurimo exercitu: occisisque in pugna Manlio consule &
 Fabio consulari Marcus Fabius consul oblatum sibi a senatu triumphum
 suscipere recusaret: quia tantis rei publicae detrimentis luctus potius debe-
 bat. Gloriosissima illa numero & uiribus Fabiorum familia Veientium
 sortita certamen quantum rei publicae orbitate occasione suo intulerit: isa-
 mibus utique nunc uocabulis testes sunt fluuius: qui perdidit: & porta quae
 emisit. Nam cum sex & .ccc. Fabii uere clarissima Romani status lumina
 speciale sibi aduersum Veientes decerni bellum expetiuissent: spem teme-
 re sumptae expeditionis primis successibus firmauerunt. Dehinc inducti in
 insidias: circumuentique ab hostibus omnes ibidem trucidati sunt: uno tantum
 ad enunciandam cladem reseruato: ut miserius audiret patria perditos: quam
 perdidisset. Ad haec non Romae tantum talia gerebant. sed quaeque pernicia
 suis ignibus aestuabat. & quod poeta praecipue in una urbe descripsit: ego
 de toto orbe describerem. Crudelis ubique luctus. ubique pauor. &
 plurima mortis imago.

De regno Persarum & Cyro rege.

Citur eodem tempore Cyrus rex Persarum: quem superius explican-
 dae historiae causa commemoraueram: qui tunc Asiam: Scythiam: to-
 tumque orientem armis peragabat: cum Tarquinius Superbus ur-
 bem: uel rex: uel hostis aut seruitio premebat: aut bello: Cyrum: ut dixi: cum
 ceteris aduersum quos ierat: perdomitis: Assyrios & Babylonia petit gen-
 tem. urbemque tunc cum ceteris opulentiorē. sed impetum eius Ganges fluuius
 secunda post Euphratem magnitudinis intercepit. Nam cum unam regionem
 equorum candore formaque praecipuum cum eque transmeandi fiducia per-
 suaso: quae per rapacem alueum offensus uada uorticis attollebant: abreptum
 praecipitatumque merfisset: rex iratus ulcisci in animum statuit: contestans
 eum: qui tam praeclearum equum equitemque uorasset: foeminis uix genua tan-
 gentibus a se permeabilem relinquendum. Nec in peragendo segnior to-
 tis copiis per pete anno Gangem fluuium per magnas concisum deductumque

fossas in. cccc. & lx. alueos cōminuit. Eo ope p̄doctis fossotibus etiam Euphraten longe ualidissimū & mediā Babyloniā interfluētē deriuauit. Ac sic meabilibus uadis siccū: etiam patentibus aluei partib⁹ iter fecit. cepitque urbē: quam uel opere hūano extrui potuisse: uel humana uirtute destrui posse utrinque pene incredibile apud mortales erat. Nāque Babyloniam a Nembroth gygante fundatā: a Nino uel Semi ramide reparatā multi p̄didere. Hæc campi planicie ūdique cōspicua: natura loci latissima: castroz facie mœnibus parib⁹ p̄quadz disposita muroz eius uix credibili relatu firmitas & magnitudo. idest latitudo cubitoz. l. altitudo quater tanta. Cætez ambit⁹ eius. cccc. lxxx. stadiis circūuenit. Murus coctili latere atque interfuso bitumine compactus fossa extrinsecus late parens uice annis circūfluit. A fronte muroz. c. portæ æræ. Ipsa aut̄ latitudo in cōsūmatione pinnaz: utroque laterē habitaculis defensorz æque dispositis media intercapedine ætas quadrigas capit: dom⁹ intrinsec⁹ quater geminæ habitatiōes minaci p̄ciritate mirabiles. Et tamē magna illa Babylon prima post repationē hūani generis condita: nūc pene etiā mīma mora uicta: capta: ac subuersa ē. Ibi tūc Croesus rex Lydoz famosus opibus: cū ad auxiliādū Babyloniū uenisset: uictus sollicitusque ī regnū refugit. Cyrus aut̄ postea q̄ Babyloniā ut hostis iuasit: ut uictor euertit: ut rex disposuit: bellū trāstulit in Lydiam: ubi conterritū superiore iam prælio exercitū nullo negotio supauit. Ipsū etiam Croesum cepit: captūque uita & patrimonio donauit. Exaggerare hoc loco mutabiliū rez instabiles status nō opus ē. q̄cquid enī ē opere & manu factū labi & consumi uetustate Babylon capta confirmat: cui⁹ ut primū īperiū ac potentissimū extitit ita primū cessit & ueluti quodā iure succedētis ætatis debita posteris tradere hæreditas: ipsis quoq; eandē tradēdi formulā seruaturis: ita ad p̄xima aduentantis Cyri tentamēta succubuit magna Babylon: & ī gens Lydia. amplissima orientis cū capite suo brachia uni⁹ prælii expectatione ceciderūt. & nostri in circūspecta anxietate catifant: si potentissima illæ quondam Romanæ rei publicæ moles nunc magis ībecillitate p̄pria senectutis: quam alienis concussæ uiribus contremiscūt.

Cyrus Scythis bellū intulit. & a Tomyri regina
quæ tūc eis præerat: uictus. & occisus est.

Gitur Cyrus p̄ximi t̄pis successu Scythis bellū intulit: quē
Tomyris regina: quæ tūc gēti præerat cū phibere transitum

araxis fluminis posset: transire pmisit primū ppter fiduciaꝝ sui: dehinc ppter opportunitatē ex obiectu fluminis hostis inclusi. Cyr⁹ itaqꝫ Scythiam ingressus pcula transmissio flumine castra metatus. insup astu eadē instructa uino epulisque deseruit: quasi territus refugisset. Hoc cōperto regina tertiā ptē copiarū & filiū adolescentulū ad psequendū Cyrū mittit. Barbari ueluti ad epulas iuitati primū ebrietate uincūf. mox reuertente Cyro uniuersi cū adolefcēte obrūeant. Tomyris exercitu ac filio amisso uel matris: uel reginæ dolorē sanguine hostiū diluere pmprius: q̄ suis lachrymis parat. Simulat diffidentia despatiōe cladis illatæ. paulatimqꝫ cedendo Superbū hostē in insidias uocat. Ibi quippe cōpositis iter montes insidiis. cc. M. Persarū cum ipso rege deleuit: adiecta sup oīa illius rei admiratione: quod nec nūcius quidem tā tæ cladis supfuit. Regina caput Cyri amputari: atqꝫ i utrem humano sanguine oppletū conici iubet: nō muliebriter increpitans. satia te sanguine: quē sitisti: cui⁹ per annos. xxx. insatiabilis pseuerasti.

Darius post aliquantum tēporis: occiso Cyro rege regnū suscepit

Nno ab urbe condita. cc. xl. qnto Darius Cyro apud Scythas interfecto post aliquantulū itetualū sorte regnū adeptus ē. Regnauit. n. medius eorū Cabyfes Cyri fili⁹: q̄ deuieta Aegypto cūctam Aegypti religionē abominatus cæremonias & tēpla eius deposuit. Post hunc etiam magi duo sub noīe quē occiderant: regis regno obrepe ausi: q̄ quidē mox deprehensi & opptessi snnt: Dari⁹ itaqꝫ unus ex his q̄ magorū audaciam ferro coercuerant: cōsensu oīum rex creatus ē: q̄ postq̄ Assyrios ac Babyloniam Persarū regno deficiēte bello recupauit: Attyro rege Scytharū hac uel maxime cā bellum intulit: quod filix eius petitas sibi nuptias non obrinuisset. Magna scilicet necessitas p unius libidine hoīs. dvii. M. uiroz piculo mortis exponi. Incredibili quippe apparatu cū. dvii. M. armatoz Scythiam igressus: nō facientibus hostibus iustæ pugnx potestati: insup repentinis icur sib⁹ extrema copiarū dilacerantibus: metuens ne sibi reditus iterrupto pōte Istri fluminis negaret: amissis. lxxx. M. bellatoz trepid⁹ refugit: quāuis hūc amissoz numez inter dāna nō duxerit & quē habendū uix q̄squā abire ausus eēt: pditū ille nō sensit. Inde Asia Macedoniamqꝫ aggressus pdomnit. Ionas quoqꝫ nauali congressiōe superauit. Deide i Athenienses: quod Ionas aduersū se auxilio iuuissent: ipetū fecit. atqꝫ arma direxit: Porro Athenienses ubi aduentare Dariū cōpererunt: quanuis

auxiliū a Lacedæmoniis poposcissent: tamē cū detineri Persas quatri-
 duanæ religionis ocio compertum haberent: spem occasione sumentes
 instructi tantum. x. M. armatorū: & Plataensibus auxiliariis. M.
 aduersum. dc. milia hostiū cāpis Marathoniis pruperūt. Melciades ei
 tūc bello præfuit: qui celeritate magis q̄ uirtute fret⁹ alacri satis expe-
 ditione prius hosti cōminus inhæsit: q̄ posset expedito sagittarū iactu
 ppulsari. Tanta in eo bello diuersitas certandi fuit: ut ex alia parte ui-
 ri ad occidendū parati: ex alia pecudes ad moriendum præparatæ puta-
 rentur. cc. Persarū apud cāpos Marathonios ea tēpestate ceciderūt. Sen-
 sit Darius hoc damnū. Nam uictus fugatu s̄ que arreptis nauibus refu-
 git in Persas. Cū aut̄ instauraret bellū: & ulcisci in uictores moliret: in
 ipso apparatu concidit olympiade septuagesima quarta: hoc est post
 urbem conditam anno. cc. lxx. quinto: quo tēpore Romæ Popilia uir-
 go ob crimen stupri uiua defossa est. Xerxes Dario patri ī regno succe-
 dens bellum aduersus Græciā a patre susceptū: per quinquenniū instru-
 xit: quod Demaratus Lacedæmoniis: qui tunc forte apud Xerxen extu-
 labat per tabellas primū scriptas: deinde cæratas suis pdidit.

Xerxes Dario in regnū patris successit.

Gitur Xerxes. dcc. M. armatorū de regno. & ccc. M. de auxiliis
 rostratas & iam naues. M. cc. onerarias autez tria. M. numero
 habuisse narratur. ut merito inopinato exercitui īmensæque
 classi uix ad potum flumina: uix ad ingressum terras: uix maria ad cur-
 sum suffecisse memoratu3 sit. Huic tam incredibile tēporibus nostris
 agmini: cui⁹ nunc difficius ē astrui: q̄ tūc fuit uinci. Leonides
 rex Spartanorū cū. iiii. M. hominū in angustiis thermopylarū obstitit.
 Xerxes aut̄ contēptu paucitatis obiectæ iniri pugnam. conseri manum
 imperat. Porro illi: quorū cognati & cōmanipulares in cāpis Maratho-
 niis occubuerant & certaminis simul & cladis extitere principiū. Deīde
 succedens sibi turba maior ac segnior: cū iam neque ad p̄currenduz li-
 bera: neq; ad pugrandū expedita: neque ad fugiendum prompta solis
 mortibus subiaceret: triduo continuo nō duorū pugna: sed cædēs uni⁹
 populi fuit. Quarto aut̄ die cū uideret Leonides undiqne hostem cir-
 cūfundi: hortat̄ auxiliares socios: ut subtrahentes se pugnæ ī cacumē
 montis euadāt: ac se ad meliora tpa referuēt. Sibi uero cū Spartanis su-
 is aliam sortē eē subeūdā. plus se patriæ debere q̄ uitæ. Dimissis sociis
 Spartanos admonet de gloria plurimū: de uita nihil speranduz neque

expectandū uel hostē uel diē: sed occasione noctis prūpēda castra cō
miscēda arma: conturbāda agmina esse: Nusq̄ uictōres honesti? quā
in castris hostiū esse pituros. Persuasi igit̄ mori mallā in ultionē futu
rā mortis armanf: tanq̄ ipsi interitū suū & exigent & uindicarēt. Mi
rū dictū secēti uiri castra. de. M. irrūpunt: tumultus castris totis orif
Persæ quoque ipsi Spartanos adiuuāt mutuis cādibus suis. Spartani
quarētes regē: nec iueniētes cādūt: sternūtque oīa castra: peruagātur
uniuersa. & inter densas strues corporū raros hoīes uix sequuntur. Vi
ctores sine dubio nō essent: nisi mori elegissent. Prælitum a principio no
ctis in maiore ptem diei tractū. ad postremū uicēdo fatigati: ubi q̄sq̄
eorū deficientib⁹ mēbris uisus ē sibi mortis suæ ultiōe fatiatus: ibi iter
īpedimēta cadauerū campūque crassū & semigelatū sanguine palpitā
do lapsus & mortuus ē. Xerxes bis uictus in terra nauale præliū parat
Sed Themistocles dux Atheniensiu cū intellexisset Ionas: qbus dum
auxiliū superiori bello præbet: in se Persarū ipetū uerterat in auxilium
Xerxis instructā classē deducere: sollicitare eos pti suæ hostique sub
trahere statuit. Et quia colloquēdi facultas negabat: locis: ad quæ Io
nes accessuri nauib⁹ uidebātur: pponi symbola: saxiisque affigi iubet.
socios quondā & picipes periculorū: nūc aut̄ iniuste agentes apta icre
patione corripies: atq; ad antiquorū iura fœdex religiofa adhortatiōe
psuadens: præcipueque admonēs: uti cōmisso prælio cādentiū uice in
hibeant remos. se seq; bello auferāt. Igit̄ rex partē nauitū sibi detinens
spectator pugnæ in litore manet. Contra aut̄ Artemidora regina Hali
carnasi: quæ in auxiliū Xerxi uenerat: inter duces primos acerrime bel
lo imiscet. ita: ut uersa uice in uiro fœminea cautela: in fœmina uiril
audacia spectaret. Cū aut̄ āceps pugna eēt: Ionēs iuxta præceptū The
mistoclis paulatī se certamini subtrahere cœperūt: quorū defectio Per
sas iā fugā circūspicientes apte fugere psuasit: in qua trepidatiōe mul
tæ naues captæ mersæq; sūt. Plures tamen sæuitiam regis: uelut imani
tatē hostis timentes domū dilabuntur. Anxium tot malis regem Mar
donius aggreditur suadens regē in regnū redire oportere priusquam
aduersa fama nouas res domi moliretur. Se autem si residua sibi copia
traderentur & ultionem ab hoste exacturū & ignominia domestica pro
pulsaturū aut si aduersa belli perseverassent cessurū se quidē hosti sed
tamē sine regis infamia pbatocōsilio exercitus Mardonio tradit. Rex
Abydū ubi pontē ueluti uictor maris cōseruerat cum paucis pficiēcīf
Sed cū pontem hybernis tempestatib⁹ dissolutū offendisset piscatoria
scapha trepidus transit. Erat sane quod spectare humanum genus &

dolere debuerat mutationes rerū hac uel maxime uarietate permittens
 exiguo cōtentū latete nauigio sub quo ipſū pelag^o ante latuiſſet & iu-
 gum captiuitatis ſuæ uinctū pōte portaffet uiliſſimo uni^o ſeruuli egē-
 re miniſterio cuius potētiae dū mōtes excidūtur ualles replētur amnes
 exhauriūt ipſa & rez natura ceſſiſſet pedestres quoq; copiae quae duci-
 bus cōmiſſae fuerant labore fame ac metu tabuerūt. & crudeſcente mor-
 bo tanta peſtis tanta que ſœditas moriētū exorta eſt ut uia cadauerib^o
 replerent. diræ etiā alites improbæ beſtiæ eſcarū illecebris ſollicitata
 moribūdum ſequerent ut exercitū. At uero Mardonio^o cui reliqua belli
 Xerxes commiſerat afflatus primū ſucceſſū breui mox in extrema de-
 iect^o ē. Olynthū ſiquidem Græciæ oppidū expugnauit. Athenienſes
 uaria ſollicitatione adducere in ſpem pacis aggreſſus ē ubi iexpugna-
 bilem eorū libertatem uidet incenſa urbis parte in omnē Boetiam belli
 apparatū deducit. Illic quoque eū. e. M Græcorū inſeuta ſunt & cōm-
 miſſo ſine mora prælio Mardonio^o delectis copiis ipſius uelut enaufra-
 gio nudū cū paucis fugere cōpulerūt caſtra regiis opibus referta cepe-
 rūt nō paruo qdem antiquæ indiſtriæ dāmmo. Nam poſt iſtius prædæ
 diuiſione; aurū Perſicū prima uirtutis Gratiæ corruptio fuit. Urget
 igif incept^o miſeros extrema p̄ditio. Nam forte eodē die quo in Boeti-
 am Mardonii copiae delatae ſūt pars Perſici exercit^o i Asia ſub mœnib^o
 Mychales nauali prælio dimicabat. Ibi nouus repente rumor utriuſq;
 claiſſis & populi impleuit aures Mardonio^o extinctas copias Græcos exti-
 tiſſe uictores. Mira diuini iudicii ordinatio In Boetia oriēte ſole bellū
 fuiſſe cōmiſſū In Asia meridianaſ horis ſub eadem die tantis ſpatiis ma-
 riſ terræque interiacentib^o nuntiatum cui rumori uel maximæ rei aſti-
 pulatū ē quod Perſas audita clades ſociorū primū dolore de hie de ſpa-
 tiōe correptos nec bello expeditos nec fugæ habiles reddidit. Atque ita
 conſternatos p̄fligatoſque conſtantior fact^o hoſtis ſucceſſu felicitatis
 inuaſit.

Xerxes rex a ſuis occiſus eſt.

Erxes bello in Gratiā infelicet geſto cōtēptibilis ſuis factus
 p̄ Arthapanū præſectum ſuum in regia circumuētus occidit
 O tempora deſiderio & recordatione digniſſima. O dies illos
 in offenſæ ſerenitatis qui nobis ueluti e tenebris reſpiciendi proponunt
 quib^o breuiſſimo interuallo de uiſceribus unius regni decies nouies cē-
 tena milia uiroꝝ: tribus proximis regibus tria bella rapuerunt ut tace-
 am de infeliciffima tunc Græcia quæ totum hūc de quo nūc hebeſcim^o

numery moriendo superauit. Leonides ille clarissimus dux Lacedæmoniorum in bello isto aduersus Xerxem quod supremum ipsi atque hostibus fuit: cum secentis famosissima illa incitamenta dixisset: prandete: tanquam apud inferos conaturis: auxiliariibus tamen: quos excedere bello iubebat misericorditer suasit: ut se ad meliora tempora reseruent. Ecce cum ille promiserit futura meliora: isti que asserant meliora præterita: quod aliud colligi datur: utroque in suis detestante presentia: nisi aut sper bona esse sed ingrata: aut nunquam omnino futura meliora? At Romæ: ut ad id tempus redeam: inde digressus sum. neque enim interuallo miseriæ ad alios transire compellor: sed sicut se quondam efferuescentia mala ubique ipsis actibus colligarunt: ita etiam promissa referuntur. nobis quippe conferre inter se tempora urbis: non cuiusquam partis eius laboribus insultare propositum est.

Quod grauis pestilentia Romam inuasit.

Roma ergo post urbem conditam anno. cc. sexagesimo suspensa ad modicum bello grauis pestilentia: quæ sper ibi raras inducias aut factas interceptit: aut ut fierent coegit: per uniuersam ciuitatem uiolenter incanduit: ut merito præcedente prodigio cælum ardere uisum sit quando caput gentium tanto morborum igne flagrauit. Nam eo anno Ebutium & Seruilium ambos consules pestilentia consumpsit. militares copias plurima ex parte confecit. multos nobiles præcipue que plebem foeda tabe deleuit: quous iam superiori etiam quarto anno oborta lues eundem populum depopulata sit.

Post pestilentiam multa & graua bella sustinuerunt Romani.

Roximo dehinc anno ciues exules seruique fugitiui duce Herdonio uiro Sabino iuuaserunt: incenderuntque capitolium: ubi fortissime quidem Valerio consule & imperatore obstitere iuniores. sed adeo atrox & graue discrimen prælii fuit: ut ipse quoque consul Valerius ibi fuerit occisus: & indignam de seruis uictoriam insuper etiam sua morte foeda uerit. Sequitur annus in quo coniuncto exercitu consul oblectus est. Nam Minutium consule congressum prælio Equi Volscique superant. & fugientem in Algidum fame: ferroque cinxerunt. actumque infeliciter foret ni Quintius Cincinnatus: præcipuus ille dictator attam obsidionem oppresso hoste soluisset: quod reptus ruri ab aratro accersit ad imperii fasces sumpto honore: instructumque exercitu: mox uictor effectus iugum bouum equis imposuit. uictoriamque quasi stinam tenens subiugatos hostes per se

egit primus. Anno: q ab urbe cōdita p̄ximus trecentesimo fuit: dū lega
 ti ad Athenienses p̄pter Solonis leges deferendas missi expectantur: ar
 ma Romana fames pestilentiaq; cōpescuit. Ipso aut̄ trecentesimo anno
 hoc est olympiade nonagesimaqnta potestas consulū decēuiris tradi
 ta constituendaz legū Atticaz gratia magnam rei publicæ perniciem ī
 uexit. Nam primus ex decēuiris: cedentibus cæteris solus Appi^o Clau
 dius sibi cōtinuauit īperiū. statimque alioꝝ coniuatio subsecuta ē: ut
 more contēpto: quo insigne imperii penes unuz: potestas aut̄ cōis erat:
 oēs oīa p̄priis libidinibus agitabant. Itaque inter cætera: quæ insolētis
 sime cūcti p̄sumebant: repente singuli cū duodenis fascib^o cæterisq;
 īperii insignibus p̄cesserūt. & nouo īprobæ ordinationis incepto able
 gata religione cōsulū emicuit agmen tyrannoꝝ duabus tabulis legū
 ad decē priores additis. augentesque insolentissimo fastu plurima die:
 quo deponere māgistratū mos erat: cū iisdē insignibus p̄cesserūt. Ma
 xima Appii Claudii libido auxit inuidiaz: qui ut Virginiaz uirgini stu
 prū inferret: prius seruitutis causam intulit. Quam ob rē adactus Vir
 ginus pater dōlore libertatis & pudore dedecoris p̄tractam ad seruitu
 tem filiam in cōspectu populi pius parricida p̄strauit: qua populus ne
 cessitate atrocitatis p̄motus: & piculo libertatis admonitus montē Auē
 tinū occupauit armatus. Nec tueri armis libertateꝝ destitit: nisi postq̄
 se cōiuatoꝝ conspiratio ipsis quoque honoribus abdicauit. Tertia &
 quinta post centesimam olympiade per totū sepe annū tam crebri tāq;
 etiam graues in Italia terræ motus fuerūt: ut de innumeris quassationi
 bus ac ruinis uillaz oppidorūque assiduis Roma intus fatigaret. Deī
 de ita iugis & torrida siccitas fuit: ut p̄sentis tūc futuriq; anni spem
 gingnēdis terræ fructibus abnegarit. His deniq; tēporibus cū Fidenna
 tes hostes maximoz auxilioz manu stipante terribiles Romanis arci
 bus iminerent: Aemilius tertio dictator magnam mali molē ipsis Fidē
 nis uix captis depulit. & sanauit. tanta in ipsis erat maloz animoz con
 tentio: ut uel domesticæ clades superflua forinsecus bella obliterarent
 uel post damna belloꝝ iducias relaxatas diuersæ pestes cælo terraque
 exardescerent incessabili infestatione corrūperent.

Quod Sicilia semper fuit nutrix tyrannoꝝ.

Sicilia ab iitio patria Cycloꝝ: & post eos semper nutrix ty
 rannoꝝ fuit. Sæpe etiam captiua seruoꝝ: quoz primi carnib^o
 hoīum inedia cruciatibus. postremi mortibus pascebantur:

excepto eo: quod externis bellis aut præda habebat: aut præmiis. Hæc ut quæ breuissime absoluiam: requiem malorum: nisi nunc nescit. imo ut euidentiùs diuersitates temporum declarent: sicut antea uel intestinos uel externi tumultus perpeffa est inter omnes sola semper: ita nunc ex oibus sola nunquam patitur. Nam etiam ut siccam de diuturnitate uel illius calamitatis: qua pressa est: uel istius econtrario qua fruis pacis. Actna ipsa: quæ tunc cum excidio urbium atque agrorum crebris eruptionibus æstuabat nunc tantum innoxia specie ad præteritorum fidei fumat. Igitur ut prætermittam interim de tyrannis: quorum mox qui fuit ultor successor effectus est medio tempore: hoc est anno ab urbe condita. ccc. xxxv. cum Rhegyni apud Siciliam discordia laborarent: ciuitasque per diffensionem diuisa in duas partes esset: psuena ueteranos ab Himera urbe Siciliae in auxilium uocauit. Porro illi pulsas ciuitate primùm his: contra quos implorabantur. deinde mox cæsis etiam illis: quibus ad auxiliandum conuenerant urbem cum coniugibus & liberis sociorum occupauere: aut si facinus nulli tyranno comparandum: quippe cum Rhegynis quicquid uis perpeti satius fuerit: quam ut ultro iuitarent: quibus patet: iam coniuges liberos ac penates ipsi extotres ad prædam relinquerent. At etiam Catinenses: cum Syracusanos graues infestosque paterent: ab Atheniensibus auxilia poposcerunt. Sed Athenienses suo magis quam sociorum studio instructam classem in Siciliam misere: cum & sibi propagare molirent imperium. & Syracusanam classem nup instructam Lacedæmoniis perficere uererent. Et quoniam Athenienses: qui missi erant: cæsis hostibus prospera initia sumpserant: maiores copias robustiorumque exercitum cum Lachete & Chariade ducibus in Siciliam reduxerunt. Sed Catinenses belli tedio promoti cum Syracusanis fœdus ierunt. auxilia Atheniensium spernunt. Post autem Syracusanis conditioes pacis meditatione dominationis transgredientibus denuo legatos Athenas mittunt: qui capillo barbaque squalidi: & lugubribus panis induti misericordiam atque auxilium & sermone & habitu precarent. Igitur magna classis instructa ducibus Nicias & Lamachis: tantisque uiribus Sicilia repetit: ut suffragia sua & hitimerent qui impetrauissent. Athenienses duas ilico pedestres pugnas secundis successibus faciunt: confertosque in urbe hostes. & obiecta classe circumdatos terram marique concludunt. At Syracusani fractis fessisque rebus auxilium a Lacedæmoniis petunt: a quibus mox mittitur Gilippus solus quidem. sed in quo omnium præsidiorum instar præferebat qui ueniens ut audiuit inclinatum iam belli statum: auxiliis partim in Græcia: partim in Sicilia contractis: opportuna bello loca occupauit. Deinde duobus præliis uictus: nec terrore tertio congressu Lamachum occidit. hostes in fugam uertit. socios obsidione

liberauit. Hinc Athenienses terrestri praelio uicti experimenta maris icūt
 & nauali certamine parant cōgredi: quo cognito Gilipp^o classem instru
 ctam a Lacedæmoniis accersit. & que Athenienses in locu; amissi ducis
 Demosthenē & Eurymedontē eū supplemento copiarū mittunt. Pelo
 pōnensi quoq; cū multarū urbiū cōsensu & decreto igētia syracusanis
 auxilia misere. Ita sub specie socialis belli domesticos mot^o exequunt. &
 quasi de Græcia translātū certamē in siciliā fuerit: sic ex utraq; pte sū
 mis uirib^o dimicat. Igit Athenienses prima congressiōe uincuntur: ca
 stra quoq; cū oī pecunia uel publica uel priuata: & cū uniuerso instru
 ctū diuturnæ expeditōis amittunt. Fractis opib^o & in angustū redactis
 suadet Demosthenes: dū non dū oīo res perditæ sunt: quātūlibet uide
 antur afflicta: domū redeant. siciliāq; decedant. Nicias aut pudore ma
 le gestarū rex ab initio despatior redditus manere cōtendit. Reparāt na
 uale certamē & mox p insitiā in angustias Syracusani maris deducti ī
 fidiis hostiū circūueniūtur. Eurylochus dux prim^o occidit. xi. nāues ī
 cendūtur. Demosthenes & Nicias classem dimittūt: quasi tuti^o terrena
 expeditione fugituri. Gilippus aut primū nāues eorū relictas. c. xxx. in
 uadit. Dehinc ipsos fugientes psequi aggressus capit: cæditque q̄pluri
 mos. Demosthenes dedecus seruitutis uoluntaria morte declinat. Ni
 cias uero indignā turpemque uitam dedecore captiuitatis accumulāt.
 Igitur Athenienses biēnio apud Siciliam non sine Lacedæmoniorū dā
 no conflictati aliis domi malis circūueniunt. Alcibiades enim dux pri
 dem aduersus Syracusas pnūciatus mox ad iudiciū p quadā insimu
 latione detentus uolūtario exilio Lacedæmoniā se contulit. impulitq;
 spartanos: ut turbatis Atheniensibus nouo rursū bello insisterēt. neq;
 eis respirādi spatiū: qn opprimerent relaxarent. cui incepto ita Græcia
 omnis astipulata est quasi ad cōmune incendiū restringendū. bono pu
 blico congestis uiribus consuleretur. Darius etiam rex Persarū memor
 paterni auitique in hanc urbē odii p Thissaphernē præfectum Lydiæ
 cum Lacedæmoniis fœdus pacific. eisque sumptus belli & copias pol
 licet. Mirū dictū Atheniensiu tantas ea tēpestare opes fuisse: ut euz ad
 uersus eos: hoc est aduersus unā urbem Græciæ Asiæ totiusq; oriētis
 uirib^o incurfū sit: pugnando sæpe nec unquā cedēdo confūpti magis
 uideant fuisse q̄ uicti. Principio enī Alcibiades omnes socios deficere ab
 his ad Lacedæmonios coegit. sed & ab his quoque per inuidiam insidi
 as appetitus aufugit. & ad Thissaphernē ī Mediam concessit: cui statī
 accōmodato igenio & apti eloq; grā familiarior fact^o persuadet: ne La
 cedæmonios tā pfusis opibus adiuuaret. iubet: eū poti^o istius certamīs

arbitrꝫ spectatōrēque fieri debere. integrasque Lydiæ vires aduersum
uictorē reseruādas. Quā obrē Thissaphernes partē classis cū aliquan
ta manu deduci Lacedæmonē iubet: ne uel abūdātes suffragiis alieno
tuti piculo dimicārēt: uel ī totū destituti: susceptū certamē omittērēt.

Discordiā Atheniensū. & bella grauiā.

Pud Athenienses uero cū diu domestica discordia agitaret: ī
minente piculo sūma imperii ad senatū populi uolūtate trās
fertur. Quippe odio discordiæ nutriunt. At: ubi necessitas in
cubuit: postpositis priuatis causis atque odiis in cōe consulit. Sed hoc
ipsū cū ppter insitam genti superbiā & tyannicas libidines pniciosum
foret: tandem Alcibiades exul ab exercitu reuocat. & dux classis consti
tuitur. Quo comperto principes primo Spartanis urbem p̄dere moliti
sunt. deiuđē cū id frustra cogitassent: in exiliū sponte cesserunt. Igitur
Alcibiades patria liberata classē in hostes dirigit. Cōmissō prælio ui
ctoriā Athenienses capeffunt. Porro aut maior pars Spartani exercit⁹
cæsa. duces quoque pene oēs interfecti & lxxx. naues captæ absque his
quæ in conflictu incensæ demersæque perierunt. Rursū bellū in terraz
translatū Spartanis æque infelicitē cessit: quibus rebus fracti Lacedæ
monii petiere pacē: nec tamen īpetrāre potuerūt. Præterea Syracusana
præsidia in Sicilia audita Carthaginensis belli infestatiōe reuocata sūt
Quā ob rem Alcibiades classe uictrici totā Asia puagatur. bellis icē
diis cædibus rapit. sternitque omnia. Vrbes: quæ dudum a societate de
fecerant: capit. recipitque q̄ plurimas. Sic Alcibiades magni noīs factus
Athenas cum admiratione & gaudio oīum uictor īgredit. Paruo post
iteruallo auget vires. exercitū classēque numero p̄uehit. rursūmqz
Asiam petit. Lacedæmonii uero Lysandæ ducem classis belloque præfi
ciunt: Cyrus autem frater Darii in locum Thissaphernis Ioniæ Lidia
que præpositus magnis eos opibus auxiliisq̄ue confirmat. Lysander
itaque Alcibiadis exercitum prædæ intentum ac per hoc ubiqz disp̄sū
ac uagū repentino incurfu opprimit. sine conflictu aliquos uincit. cæ
ditque fugiētes. Magna hæc clades Atheniensib⁹. & multo atroci⁹ uul
nus: q̄ dudū inflixerant: susceperūt. quo cōperto Athenienses opinati
sunt Alcibiadē antiq̄u exilii sui dolorē isto scelere p̄ditiōis uindicare
curasse: ideoqz in locū ei⁹ Cononē constituūt: cui residuā manū & fū
mam belli cōmittunt: qui supplere saltez numero exhaustas copias uo
lēs senes & pueros legit. exercitūqz cōscripsit. Sed hui⁹ moī man⁹ morā

bello nō attulit: quippe quod robore: nō numero confici solet. Itaque
 statim imbellis man⁹ uel capta uel cœsa ē. tantaque strages occisorū illo
 prælio facta ē: ut deletū non solū regnū. sed etiā nomen Atheniensiu³
 uideret. At illi despatis rebus statuūt urbem pegrinis dare: ut q³ p totā
 Asiam paulo ante dominati sūt: nunc ex hac colluue muros saltem li
 bertatēque teneant. & quīs uel suo iudicio ad hæc tuenda etiā obiectis
 muris nō sufficiant: ite³ tamen expiri nauale præliū parant. Exps con
 siliū furor dolorē uirtutē putat. quātūque meditat ira: tantū pmittit
 audacia. Itaque oibus partī captis: partim iterfectis de ipsis quoq³ reli
 quis nihil reliq³ factū ē. Solus dux Conon supstes bello & populo: ti
 mens ciuiū crudelitātē ad Cyrū regē concessit. Euagoras autē dux La
 cedæmonio³ adeptis oibus ciuitatibus nihil Atheniensibus præter ia
 nem urbē reliq³. nec hoc diu. nam & ipsam urbē postea obsidiōe circū
 dedit. Angebat intrinsecus fames: desolatio & morbos obsessos. Et cu³
 post oīa miseriæ abominamenta: quæ etiā dicere horroris ē: nihil spei
 præteritæ præter mortē occurreret: pacē petiuere. Magna hīc iter Spar
 tanos & socios fuit deliberatio & cū plurimi inq̄tissimā ciuitatē ster
 nendā solo: populūque infestissimū cū ipso noīe abolēdā pnunciarēt
 Spartani negauerūt se pmissuros: nisi ut e duobus Græciæ oculis un⁹
 erueretur. insup etiam pacē pmiserūt: si Pyræi portus ducentia i urbē
 Græcia cum Antipatri fortissimis copiis congressus inter magnas utro-
 rumque strages & ipse percubuit. Alexander autem in Italia affectas occiden-
 tis in periculum: æmulans Alexandrum magnum: post numerosa & grauiora bella
 ibidem gesta: a Brutiis Lucanisque superatus est. corpusque eius ad sepulturam
 uenditum. Zopyrion uero præfectus Põti adunato .xxx. M. exercitu. Scy-
 this bellum inferre ausus est. & usque ad internitionem cæsus funditus cum omnibus
 copiis suis abactus est. Igitur Alexander magnus post Darii mortem Hyrcanos
 & Mardos subegit. ubi etiam illum adhuc bello intentum Thalestris:
 siue Minothea excita suscipienda ab eo sobolis gratia cum .ccc. milibus pro-
 cacæ Amazoni uenit. Post hæc Parthorum pugnam aggressus: quos diu ob-
 nitentes deleuit prope modum ante quam uicisset. Inde Dracas Evergetes Pa-
 rymas: Patapamenos: Hydaspios: ceterosque populos qui in radice Cauca-
 si morabantur: subegit: urbe ibi Alexandria super amnem Tanaim constituta.
 Sed nec minor eius in suos crudelitas: quam in hostem rabies fuit. Docent hoc
 Amyntas consobrinus occisus: nouerca fratresque eius necati: Parmonio &
 Philotas trucidati: Attalus: Eurylochus: Pausanias: multique Macedoniarum
 principes extincti: Clitus quoque annis grauis: amicitia uetus nefarie interfectus.
 Qui cum in conuiuio fiducia regis amicitiam aduersus regem opera sua Phi-
 lippo præponentem memoriam patris tueretur: ab offenso frustra rege ue-
 nabulo transfossus coram conuiuio moriens cruciatus. Sed Alexander humani

sanguinis insaturabilis siue hostiū siue etiam socioꝝ recentem tamen
sp̄ sitiebat cruorem. Itaque p̄tinaci īpetu in bella p̄curiēs Chorasmos
& Dacos: indomitam gentem in deditiōem accepit. Callisthenem phi
losophum: sibi que apud Aristotelem condiscipulum euz plurimis ali
is principibus: quod eum deposito salutanidi more: ut deū non adora
ret: occidit. Post hęc Indiam petit: ut oceano ultimo que oriēte finiret
imperium. Nyfam urbē adiit. Dedalos montes regnaque Cleophilis
reginæ expugnauit: quæ cum se dedidisset: concubitu regnū redemit.

Indiam ingressus est Alexander.

Eragrata p̄domitaque Alexandri India: cū ad saxū mire aspi
tatis: miræque magnitudinis & altitudinis: in quod multi po
puli confugerant: puenisset: cognoscit Herculē ab expugnati
one eiusdē saxi terræ motu prohibitum. æmulatione p̄motus: ut Her
culis acta suparet: cū sūmo labore ac piculo saxo potitus oēs loci eius
gentes in deditiōem accepit. Cū Poro fortissimo Indoz rege cruētis
simū bellum gessit: in quo Alexander cū ipso Poro singulariter cōgres
sus: occisoque deiectus equo: concursu satellitū præsentiā mortis ena
sit. Porus multis uulneribus consoffus retentus & captus ē: quo ob te
stimoniū uirtutis in regnū restituto: duas sibi cōdidit ciuitates Niciā.
& Bucephalā: quam de nomine equi sui ita uocari præcepit. Inde Are
stas Stathenos Passidas & Gangaridas cæsis eoz exercitibꝰ Macedones
expugnauere. Cūque ad confines uentū eēt: ibi contra ducēta milia eq
tum hostiū p̄gnā conseruerūt. Et cū ætate detriti: aīo ægri: uiribꝰ las
si difficile uicissent: castra ob memoriam plus solita magnifica cōdide
rūt. Exin Alexander ad amnem Agasinum pergīt. Per hunc in oceanū
deuehit: ibi Gessonas Sybosqꝰ: quos Hercules condidit: oppressit. Hīc
Mardos & Subagras nauigat: quæ gentes eum armatis. lxxx. milibꝰ pe
ditū excipiūt. Cōmissoque prælio diu anceps & cruenta pugna: tandē
tristem pene oēm uictoriam Macedonibus dedit. Nam suis hostiū co
piis Alexander exercitū ad urbem duxit. Et cū murum ascendisset pri
mus: uacuum ciuitatem ratus solus introrsus desiluit: quē cū undiqꝰ
infesti hostes circūdedissent: incredibile dictū ē: ut eum nō multitudo
hostiū: non uis magna teloz: non tantꝰ laceffentiū clamor terruerit. so
lus tot milia ceciderit: ac fugarit. At: ubi se obrui a circumfusa multitu
dine persensit: muri obice posteriora tutatus: contrarios faciliꝰ co usqꝰ
sustinuit: donec ad periculū eius clamorēque hostiū: perfractis muris

exercitus oīs irrūperet. In eo prælio sagitta sub māmā traiect⁹: fixo genu eatenus pugnavit: donec eū a quo uulneratus eēt: occideret. Inde cōscensis nauibus cū oceani litora pagraret: ad urbē quandā cui Ambira rex præerat: puenit. Sed in expugnatione ciuitatis magnā pte exercitus sagittis hostiū ueneno illitis amisit. ac post herba p somniū sibi ostēsa & in potu faucis data: cū reliqs subuenit: urbē expugnauit: & cepit.

Omnes puincia in Babylonia ad Alexandy
territæ legatos: pacem petentes miserūt.

Ost quasi circumacta meta de oceano Indū flumen ingressus Babylona celeriter rediit: ubi eū exterritæ totius orbis puinciarū legati oppetiebant: hoc est Carthaginēsiū & toti⁹ Aphricæ ciuitatū: sed & Hispanorū: Gallorū: Siciliæ: Sardiniaq; plurimæ præterea partis Italiae tantus rumor in sūmo oriente cōstitutū ducis populos: ultimique occidentis iua ferat: ut inde pegrinam toto mūdo cerne res legationē: quo uix crederes puenisse rumorē. Alexāder uero apud Babyloniā cū adhuc sanguinem sitiens male castigata auiditate mistri insidiis uenenū potasset: interiit. O dura mens hominū. & cor sp̄ inhumanū. Ego ipse qui hæc p asserendā oīum temporū alternata calamitate p censeo: in relatū tanti mali: quo uel ipsa morte: uel formidie mortis accepta totus mūdos intremuit. nūquid non lachrymaui oculis: nūqd non corde cōdolui: nunquid non reuoluens hæc ppter cōem uiuendi statum maiorū miseras meas feci: cū tamen si quādo de me ipso refero ut ignotos primū barbaros uiderim: ut infestos declinauerim: ut dominantibus eblanditus sim: ut infideles præcauerim: ut insidiantes subterfugerim: postremo: ut psequentes in mari saxis: spiculisque appetētes: manibus etiā pene iam apprehēdentes repētina nebula circūfusus euaferim: cūctos audientes me in lachrymas cōmoueri uelim. & tacitus de non dolentibus doleā: reputans duriciem eorū: qui quod nō sustinere non credunt. Hispanus Maurin⁹ ad supplicandū Alexandro Babylona adiit. cruentūq; dominū ultro: ne hostē excipet: per Assyriā Indiāque quæsiuit: terrarū metas lustrās: & utriq; infelicitet not⁹ oceano. & tantē tā uiolentæ necessitatis memoria uel obliuione defecit: uel uiluit uetustate. Et nos ppetuæ fecordatōi hæsus putamus: quod plurimā orbis parte secura unū angulū fugax latro uiolauit: quasi uero Gotorū & Sueuorū pacem: ut non dicā uersa uice Indus uel Assyrius: sed etiā uel ipse qui hostem patit. Hispanus orauerit. At uero si illa Alexādri tpa

laudanda potius ppter uirtutem: quia totus orbis obtentus ē: quam de
testanda ppter ruinā: quia totus orbis effusus est: iudicantur: iuuenient
& modo plurimi: q̄ hęc laudanda censeant: quod multa uicerūt. & mi
serias aliorū felicitatem suam reputent. Sed dicet quispiam. Isti hostes
Romani sunt. Respondebitur. Hoc & tunc toto orienti de Alexandro
uidebas. talesque & Romani alius uisi sunt: dū bellis q̄tos ignotosque
petiuerūt. Sed illi acquirere regna. isti euertere student. Separata sunt
hostis excidia & iudicia uictoris. Siq̄dem & illi pri⁹ eos bellis afflixerūt:
quos postea legib⁹ suis ordinarūt: & hi nūc hostiliter turbant: quā qd̄
nō permiserit de⁹: si edomita obtinerent: ritu suo cōponere molirentur
dicendi posteris reges magni: q̄ nūc nouissimi hostes adiudicant. Quoli
bet hęc gesta talia noīe censeant: hoc ē siue dicāt miseriā: siue uirtutes
utraq; priorib⁹ cōparata hoc tpe minora sūt. atque p̄ nobis ita utraq;
faciunt in cōparatione Alexandri atq; Persarū: Si uirtus nunc uocanda
est: minor est hostium. si miseria minor est Romanorū.

Papyrius consul contēptis auguris magnam cōsecut⁹ est uictoriā.

Nno ab urbe cōdita. ccc. l. Fabio Maximo q̄nquies Decio Mu
rana quater consulibus quatuor. fortissimi florentissimi que
populi Italiæ in unū agmen fœdusque coierūt. Namq; Hetru
sci & Umbri Sannites & Galli uno agmine conspirantes Romanos dele
re conati sunt. Tremefacti hoc bello Romanorū animi. & labefacta fidu
cia est. nec ausi sunt tantū spare de uiribus. dolo diuidere hostes poti⁹
rati pluribus se bellis īplicare q̄ grauib⁹. Itaque cū q̄busdā suis ad
populandos hostiles agros in Umbriam Heturiamq; pramissis Um
broꝝ Hetruscorūque exercitum redire ad tuitionem suorū coegissent
cū Sannitibus & Gallis bellū inire p̄pararunt. in quo bello cū Gallorū
īpetu premerent Romani: Decius consul occisus est. Fabius tamē post
magnā Decianæ partis stragē: tandē uicit. Eo pralio. xl. M. Sannitum:
siue Galloꝝ cæsa sunt. Romanorū uero septē. M. ex Decii tantū mō pte
qui occisus est: referunt. Fuisse autē absque Hetru scis & Umbriis: quos
astu Romani bello aduocauerunt: Galloꝝ & Sannitū. xl. M. peditū &
x. M. equitū. At uero septem. M. Liuius refecit & carpentarios. M. in ar
mis contra aciem stetit Romanam. Sed ut saepe dictū est: sp̄ Romanorū
aut domesticam quietem extraneis bellis interpellatam: aut exter
nos euentus morbis interioribus aggrauatos tantum: ut omnimode in
gentes animi undecūque premerent. Hanc cruentā tristēq; uictoriā

pestilentia ciuitatis onerauit: & triūphales pōpas obuix mortuorū exe
 q̄a polluerūt. Nec erat cui de triūpho gaudia suaderent: cum tota ciui
 tas aut agris suspiraret: aut mortuis. Sequitur annus quo Romani istau
 rato a Samnitibus bello uicti sūt. atque in castra fugerūt. Postea uero Sā
 nites nouū habitū animūque sumētes hoc ē de argētatis armis ac uesti
 bus paratoque aīo: nisi uincāt: mori bello sese offerāt. Aduersus quos
 Papyrius consul cū exercitu missus cū a pullariis auguribus uana cōie
 ctantibus cōgredi phiberet: irridens eos tā feliciter confecit bellū: quā
 constanter arripuit. Nā in hoc praelio. xii. M. hostiū cæsa. tria. M. capta
 referūtur. sed hanc quoque istius uere laudandā historiā: quam uani
 haruspices impedire nō potuerūt: oborti subito corrupere morbi. Nā tā
 ta ac tam intolerabilis pestilētia tunc corripuit ciuitatem: ut ppter eaz
 quacūque rōne sedandā: libros sibyllinos cōsulendos putarint: horren
 dūque illū Epidauriū colubæ cum ipso Aesculapii lapide aduexerit:
 quasi uero pestilētia aut ante sedata nō sit: aut post orta nō fuerit. Præ
 terea altero ab hinc anno Fabius Gurges cōsul male aduersus sannites
 pugnavit. Nanq̄ cōmisso exercitu uictus in urbē refugit. Itaq̄ cuz se
 nat^o de sum mouendo eo deliberaret: p̄ ei^o Fabius Maxim^o ignominia
 filii deprecatus legatus se filio iturū ultro obtulit: si illi depellēda igno
 minia & gerendi itez belli facultas daret. Qua ipetrata praelioq̄ cōser
 to: cum subito pugnantem filium consulem insistente Pōtio sannitum
 duce & ifestis hostium telis cōclusum uideret: in medium se agmen p̄
 senex equo uect^o ingessit. Quo facto p̄moti Romani tota ibi incubuer
 acie: donec ipsum ducem Pontium delecto hostili exercitu: uictum op
 pressumq̄ ceperūt. Cæsa sunt ī eo praelio sannitum. xx. M. capta autē
 iiii. M. cum rege suo. Tandemq̄ sanniticum bellum quod p. x. lviii. an
 nos multa Romanorū clade trahebat: capti ducis destitutōe finituz est.
 Anno subsequente cū sabinis Curio cōsule belluz gestuz est: ubi quot
 milia hoīum īterfecta: quot capta sint: ipse cōsul ostendit: q̄ cum ī sena
 tu magnitudinem acq̄siti agri sabini & multitudinez capti populi refer
 re uellet: nūmez explicare nōn potuit. Anno ab urbe condita. cccc. lx. iiii
 Dolabella & Domitio cōsulibus Lucani Brutii sannites quoque cuz
 Hetruscis & senonibus Gallis facta societate: cum rediuiuum cōtra Ro
 manos bellum molirent: Romani ad exorandos Gallos misere legatos:
 quos cum Galli īterfecissent: Cæcilius prætor ob ulciscendam legatorū
 necem & cōprimendum multorū hostium cum exercitu missus ab He
 truscis Gallisque oppressus interiit. septem præterea tribuni militum ī
 ea pugna occisi. multi nobiles trucidati. xiii. M. etiam militū romanorū

illo bello p̄strata sunt. Ita autem quotienscunq̄ Galli exarsē: totis opibus suis Roma detrita ē: ut sub præsenti nūc cōcursatiōe Gotoruz magis debeat meminisse Galloꝝ.

Mortuo Alexandro rege Macedoniae duces eius mutuis se bellis cōsūperunt.

T ego nunc reuocor ut hæc eadē tempora q̄bus Romani ista perpeffi sūt & quæ inter se bella gesserunt Macedoniae duces reuoluā: qui mortuo Alexandro sortiri diuerfas puicias mutuis se bellis cōsūperunt quoz ego tumultuosū tēp̄ ita mihi expectare uideor: quasi aliqua immensa castra per noctē de spectaculo montis aspectans nihil ī magni cāpi spatio præter innumeros focos cernī. Ita p̄ totū Macedoniae regnū hoc est p̄ uniuersaz Asiaz & plurimā Europæ partē Lybiaz q̄ uel maxiaz: horrendi subito belloꝝ globi colluxerūt. q̄ cum ea præcipue loca: in q̄bus exarsere populati sunt: reliqua oīa terre rumoris: quasi fumi caligine turbauerūt. Sed nequa q̄ tantoꝝ reguz ac regnoꝝ bella excidiaque explicabo: nisi prius ipsa cum regibꝝ regna pdidero. Igit̄ Alexander p̄. xii. annos tremētē sub se orbem terrō p̄f̄sit. Principes uero eius. xiiii. annis dilania uerūt: & ueluti optimam prædam a magno leone p̄stratam auidi discerpere catuli. seque ipsos in rixam inuicem irritatos prædæ æmulatione fregerūt. Itaque prima Ptolemaeo Aegypti & Aphricæ Arabiaque pars sorte puenit. Confinē huic puincia Syriam Lamedō. Mitylenæ Ciliciam. Philotas & Philo Illyrios accipiūt. Mediæ maiori Acropatꝝ. minori s̄ocer Perdicæ præponit̄ Susania gens Scyno. Phrygia maior Antigono Philippi filio assignat̄. Lyciā & Pamphiliā Learchus. Cariā Cassander. Lydiaz Menander sortitūtur. Leonatꝝ minorē Phrygiam accepit. Thracia & regiones Põtici maris Lyfimacho. Cappadocia cuz Paphlagonia Eumedi data. Sūma castroꝝ Seleuco Antiochi filio cessit. Stipatoribꝝ r̄gis satellitibusq̄ Cassander filiꝝ Antipatti præfici. In Braçtiana ulteriore & Indiæ regiōibꝝ præfecti priore: q̄ sub Alexandro esse cœpant: p̄manserūt. Sed inter duos annes Hydaspē & Indū constitutos Taxillas habuit. in colonias in Indis conditas Pithō Agenoris filiꝝ mittit̄. Parapamēnos fines Caucafi montis Axiarches accepit. Draicas & Argeos Statanor. Braçtianos Amyntas sortit̄. Sagilianos Scythæꝝ. Nicanor Parthos. Philippꝝ Hyrcanios. Phrataphranes Armenios. Neoptolemus Persas. Peuteses Babylonios: Arthoꝝ. Pelasgos. Archesilaus Mesopotamiā adepti fūt. Igit̄ cā & origo belloruz epistola Alexandri regis fuit: qua iussit oēs exules patriæ libertati que restitui. Potentes. n. ciuitatum Gracia: timentes ne

exules recepta libertate ultionē meditarent: a rege Macedonū defecit
 Primi Athenienses contracto. xxx. M. exercitu & cc. nauib⁹ bellū cum
 Antipatro: cui Græcia sorte obuenerat: gerūt. Per Demosthenē quoq;
 oratorē Sicyona Argos & Corinthū ceterāsq; sibi focias adiūgūt. An
 tipatrū obsidione cingūt. Ibi dux eorū Leosthenes telo ex muris iacto p
 fossus occiditur. Athenienses Leonato: qui Antipatro auxiliū ferebat:
 occurrūt. eiusq; copiis cōminutis ipsū interficiūt. Perdica uero bellū
 Ariarato Cappadocū regi intulit: eū que uicit: in qua uictoria nil: præ
 ter uulnera & picūla conquisiuit. Nam oēs ante irruptionē urbis suæ:
 succensis domib⁹ suis: se suaque oīa cōcremauerant. Post hæc bellum
 iter Antigonū & Perdica oritur: grauissime multis puinciis & insulis
 obauxilia uel negata: uel prestita dilaceratis. Diu deliberatū: utrum ī
 Macedonia bellū transferret: an in Asia gereret. nouissime ipse Perdi
 ca Aegyptū cū ingenti exercitu petit. Sic Macedonia in duas ptes dis
 currentib⁹ ducibus in sua uiscera armat. Ptolemæus Aegypti uirib⁹ &
 Cyrenensib⁹ copiis instruct⁹ occurrere bello Perdica parat. Inter hæc
 Neoptolemus & Eumenes cruetissimo inter se prælio digladiati sunt
 Victus Neoptolem⁹ ad Antipatrū fugit: Quē ut Eumenē deinsperato
 opprimat: putget: quod Eumenes futurū rat⁹: insidiātes insidiis capit.
 In eo bello Polypercon occidit. Neoptolem⁹ & Eumenes mutuis sunt
 uulnerib⁹ cōfossi. sed Neoptolem⁹ interiit. Eumenes uictor euasit. Per
 dica cū Ptolemæo acerbissime bello congressus: amissis copiis ipse quo
 que interfectus ē. Eumenes Pithon & Illiri & Alceta frater Perdica a
 Macedonib⁹ hostes pnūcian: bellūque aduersus eos ab Antigono de
 cernit. Itaq; Eumenes & Antigon⁹ collatis aduersū se maximis copiis
 conflixerūt: Eumenes uict⁹ in quoddā castellū munitissimū fugit. un
 de auxilia Antipatri tūc potētissimi p legatos poposcit: quo nūcio ter
 ritus Antigonus ab obsidione discessit. Sed nec sic Eumeni spes firma
 aut salus certa. Quare ultimo cōsilio Argyraspidas ab arma deargēta
 sic dictos: hoc ē milites q sub Alexandro militauerant: in auxilium
 rogat. Qui fastidiose ducē in disponendo bello adcentes: ab Antigono
 uicti: castrisq; priuati & uxore & liberos: simulq; oīa quæ sub Alexā
 dro acq; fuerant: pdiderūt: q; postea turpiter per legatos reddi sibi quæ
 perdiderāt: uictorē rogant. Antigonus aut se redditurū pollicet: si sibi
 uinctū Eumenē pertraherent: Ita illi spē recuperatōis illecti dedecoris
 sima pditione ducem suum: cuius signa paulo atē secuti fuerāt: capti
 ui ipsi captū catenatū que duxerūt. & mox cum foedissima ignominia ī
 exercitu Antigoni dispersi sunt. Interea Eurydice Aridei regis Mace

donū. uxor multa sub noīe uiri nefaria egit per Cassandꝛa: quē flagiti
ose cognitū ad summū fastigiū per oēs honoz gradus pu exerat: q ex
libidine mulieris multas Græciæ ciuitates afflixit. Tunc Olympias mē
Alexandri regis hortante polyperconte cū ab Epiro in Macedoniā pfe
quente Eacida rege Molossoꝝ ueniret: & ab Eurydice finibus phibe
ret: adnitentibus Macedonibꝰ Arideum regem & Eurydicē iussit occi
di: q̄q̄. & ipsa Olympias cōtinuo meritas crudelitatis pœnas luit. Nā cū
muliebri audacia multas principū cædes ageret audito aduētū Cassan
dri diffisa Macedonibus cū Rhoxane nuru sua & nepote Hercule ī ur
bē Pictiū concedit: ubique cōtinuo per Cassandꝛa capta interfecta est
Filius Alexandri magni cū matre in arcē Amphipolytanā custodiēdꝰ
ē missus. per dica Alcetā & polypercōte cæterisq; ducibus: quos cōme
morare longū ē: diuersæ ptis occisis: finita bella inter successores uide
bant: cum Antigonus ardēs cupiditate dominādī liberare bello Hercu
lē regis filiū ab obsidione simulat. His cognitis ptolemæꝰ & Cassander
īta cū Ly simaco & Seleuco societate bellū terra mariq; enixe īstruūt:
Antigonus in eo bello cū filio Demetrio uincit. Cassander ptolemæo
in uictoria pticeps factus: cū Appoloniā rediret: icidit in Abderitas: q.
ppter itolerandæ multitudis ranas & mures relicto patrio solo & atiqs
habitaeculis emigrātes nouas sedes prætentā interi pace requirebāt. Sed
Cassander & uirtutē & multitudinē gentis agnoscens: ne adacti necessi
tate Macedemoniā bello quaterēt atque īuaderent: receptos ī societate
in ultimis Macedonia sinibꝰ collocat. Inde cū iam Hercules Alexandri
filius. xiiii. esset annoꝝ: timens ne cū Macedones: quasi legitimū regem
præoptarēt: occidendū tacite cū matre curauit. Ptolemæus itez cū De
metrio nauali prælio conflixit: & cū pene oēm classē atq; exercitū p
didisset: uictus in Aegyptū refugit. Hac uictoria elatus Antigonū re
gem se cū Demetrio filio appellari iubet: quod exemplū oēs secuti: re
giū nomen sibi dignitatēq; sūpserūt. Igit Ptolemæus & Cassander cæ
teriꝰ factionis duces: cū decipi se ab Antigono sigillatī uiderent: p epi
stolas se inuicē cōfirmantes coeūdi in unū tēpus locumque cōdicūt. &
bellū aduersus Antigonū cōibus uiribꝰ īstruūt. Cassander finitimo
rum bellis īplicitꝰ Ly simachum clarissimum inter oēs ducem cum in
genti manu p se sociis in auxilium misit. Seleucus quoq; ex Asia ma
iore descendēs nouꝰ Antigono hostis accessit. Hic siquidē Seleucꝰ plu
rima p orientem inter socios regni Macedonici bella gessit. Principio Ba
bylonē bello expugnauit & cepit. Braetianos nouis motibꝰ assurgētes
pdomuit. Trāsitum deinde in Indiā fecit: quæ post mortem Alexandri:

ueluti detractō excūssioq; a ceruicib⁹ iugo præfectosei⁹ occiderat. San-
 drocotto quodā ad uindicandā libertatē duce: q; postea crudeliter in ci-
 ues agēs: quos de extrema dnatione defenderat: ipse seruitio premebat.
 Cū hoc ergo Sādrocotto Seleuc⁹ quibus multa & grauiā bella gessiss; no-
 uissime firmatis regni cōditioib⁹: & pacta pace discessit. Adunatis itaq;
 copiis Ptolemæi sociorūq; ei⁹ pugna cōmittit: cui⁹ q̄to pōtētiōr appa-
 rat⁹: tanto grauior ruina fuit. Nam ī ea tūc totius pene Macedonici re-
 gni uires conciderūt. In ipso bello Antigoni⁹ occisus ē. sed finis belli hui⁹
 initiū alteri⁹ fuit. Nam cū uictoribus de præda nō cōuenisset: iteꝝ ī du-
 as factiōes deducūt. Seleuc⁹ Demetrio. Ptolemæus Lysimacho iungit.
 Cassandro defūctō filius Philippus succedit. Sic quasi ex itegro noua
 Macedonia bella nascūt. Antipater Thessalonice matrem suam Cassan-
 dri uxore. quibus miserabiliter p̄ uita peccantem: manu sua transfuerbera-
 uit. Alexander frater ei⁹ dū bellū aduersū fratrem ob ultionē mris instru-
 it: a Demetrio cui⁹ auxiliū petierat: circūuentus occidit. Lysimachus
 cū Doricetis regis Thracū infestissimo bello urgeret: aduersus Deme-
 triū pugnare nō potuit. Demetrius argumento Græcie & totius Macc-
 doniæ elatus ī Asiam transire disposuit. Ptolemæus autē & Seleucus &
Lysimachus expti priore certamine: q̄ta uires essent cōcordiæ: iteꝝ soci-
 etate facta: adunatisq; exercitibus bellū in Europāz transserūt aduersus
 Demetriū. His se comitē & bellis sociū Pyrrhus rex Epiri iūgit: spans
 Demetriū Macedonia posse depelli. Nec spe frustratus fuit: q̄ppe exer-
 citu eius corrupto: ipseq; in fugam acto regnū Macedonia Pyrrhus ī-
 uasit. Deinde Lysimachus genex suū Antipax insidiantē sibi interfe-
 cit: filiūq; suū Agathocle ultra hūanū morem posus occidit: qbus q;
 dem diebus Lysimasia ciuitas formidolosis terræ motibus euerfa: op-
 pressoq; populo suo crudele sepulchꝝ fuit. Lysimachū autē assiduis se-
 parricidijs cruentantem omnes socii deseruerūt. & ad seleucū se deferē-
 tes p̄nū iam æmulatōe regni: ut bellū Lysimacho inferret hortati sunt.
 Res fœdissimi spectaculi erat: duos reges quorū Lysimachus annos na-
 tus. lxxxiiii. seleucus autē. lxxvii. de eripiendis regnis alter utꝝ cōcurrerēt
 in acie stare. arma gerere. Vltimū hoc qdē bellū Alexandri cōmilitonū
 fuit. sed quod ad exemplū miseræ humanæ fuerit reseruatu. Quippe
 cum orbē terrarū extinctis iam. xxxiii. ducibus Alexandri soli posside-
 rent: angustissimos senectutis ac uitæ suæ terminos nō aspiciens angu-
 stos eē impio suo totius mundi terminos arbitrabant. In eo bello Lysi-
 machus uel amissis uel interfectis prius ante hanc pugna. xv. liberis po-
 stremus occisus ē. sic Lysimachus solutio pugne Macedonia fuit. sed

nec Seleuc⁹ q̄de; tanta uictoria ip̄sone ē lætat⁹. Nā neq̄ ip̄se post .lxxvii
 annos quietē naturalis mortis inuenit. sed extortā sibi ifeliciter uitā: ne
 lut immatura morte finiuit. Quippe insistente Ptolemæo cui⁹ sororem
 Lyfimachus in matrimoio habuerat insidiis ciruētus occisus est. Hæc
 sūt iter parentes & filios fratres & socios cōsang uinitatis societatisque
 commercia. Tātū apud illos diuina atque humana religio p̄debat. Et
 tūc bescāt sane de recordatiōe præteritorū: qui nūc iteruenti soli⁹ fidei
 christiana: ac mediocritatū iuratiōis sacramēto uiuere se cū hostib⁹: nec
 pati hostilia sciunt qb⁹ indubitantissime p̄batur: qđ nō: sicut illi antea
 cæsa iungebāt fœdera porca: sed quia nūc inter Barbaros & Romanos
 creatorē eis dominū suū cōtestantes tantū fide adhibita ī sacramētum
 seruant euāgelia: quantū tūc nec inter parentes ac filios pouit seruare
 natura: Nūc autem finis Macedonici belli. finis etiā libri fia: præsertim
 cū iam abhinc Pyrrhi bella incipiant: & mox Punica consequant.

PAVLII ROSII IN Q. VARTVM
 LIBRVM PRAEFATIO.

Ixisse Aeneam Virgili⁹ refert: cū post peticulā sua suorū
 que naufragia residuos ægre socios solaret. Fesitā & hæc
 olim meminisse iuuabit. Hæc sentētia semel a p̄e ficta sem
 per uim suam triplicē diuersissimis effectib⁹ recit: cum &
 præterita tanto gratiora habētur in uerbis quanto grauior referūtur
 in gestis. & futura dū desiderabilia fastidio præsentū fiunt semp̄ meli
 ora credūf. Ipsis autē præsentih⁹ ob hōc ī nulla parte misere iusta cō
 paratio adhiberi pōt quia multo maiore molestia afficiūt: uantulacū
 que sint ista: quæ sūt: quam illa quæ siue transacta siue uēra & si ma
 gna dicūtur iterim omnino nō sūt. Veluti si quis necturis pulicibus
 titillatus atque ex eo uigiliis anxius alias forte quas ex arētissimis fe
 brib⁹ diu sustiunit uigilias recorderet p̄culdubio impatiēt feret istorū
 inquietudinē quā illarū recordationē Sed quāuis apud omiū sensus p̄
 captu temporū ita uideri queat: nūquid tamē aliquis existe q̄ uel ī ipsa
 anxietate p̄nūtiat grauiores pulices esse quam febres aut acerbius accipi
 at se uigilare sanū q̄ dormire potuisse moriturū. Quæ cū ita sint delica
 tis istis & querulis nostris ut cū que cōcedo ut hæc q̄bus nunc q̄ sic ex
 pediat interdū admouemur sentiēdo grauiora putēt. Nō tamē cōniueo: ut
 etiam afferāt cōparādo grauiora quē admodū: si quis molissimis estra
 tis cubiculoque p̄cōmodo matutinus egrediens nocturno gelu lacuna
 riū dorsa obriguisse herbasque incanuisse p̄spiceret: & inopinato uisu
 admonit⁹ diceret: frigus ē hodie: hic mihi nequaquā īprehēdendus ui

dereſ quia nel cōmuni uſu uel pprio ſenſu locutus eſſet. At: ſi trepid⁹
 ī cubiculū recurrēs ſtratiſq; ſeſe adoperiēs uel magis ab dēs clamaret
 tantū omnino frigus eſſe quantū nec in Apēnino aliq̄do fuerit cū Ha
 nibal elephantos equos plurimāque exercit⁹ ſui pattē: niuib⁹ clauſus
 atque oppteſſus amiſit: hūc ego puerilib⁹ licentiis nauſeantē: nō modo
 dicentem iſta nō ferrē: ſed etiā ab ipſiſ ſtratiſ ocii ſui teſtib⁹ in populū
 publicūque ptraherē ei que foras pducto infantē ī eo atque ex eo ge
 lu ludenteſ iocundāteſ ſudanteſq; mōſtrārē: ut uerboſa nugacitateſ deli
 catiſ uitiata nutrimētis nō in tempore uiolentiā ſed in ſe eſſe ſegniciem
 doceretur. & ī cōparatione reꝝ diuidicanda nō maiores parua toleraſſe
 ſed ſe nec parua tolerare ſufficienter probatent. Quod euidentius ipſiſ
 in memoriam reuolutiſ präteritoꝝ cladib⁹ approbabo: Pyrrhi bello in
 ptimis ſicut ordo eſt prodito cuiuſ cauſa & origo hęc fuit.

De Pyrrho rege qui multa bella intulit Romanis.

Nno ab urbe condita. cccc lxxiii. Tarentini Romanam claſſem
 forte prätererūt e ſpectaculo theatri proſpectam hoſtiliter in
 uaſerūt quinq; tantū nauib⁹ uix p fugam elapſiſ: cætera re
 tracta in portū claſſiſ & proſtigata eſt. præſecti nauiū trucidati oēs bel
 lo utiles cæſi: reliqui precio uenditi ſūt. Continuo miſſi Tarentū a Ro
 manis legati ut de illatiſ quererent iuriſ pulſati ab eiſdē auctaſ inſup
 iurias retulerūt. Iſiſ cauſiſ bellū īgens exortū eſt Romanos q quanti
 que hoſteſ circūſteperent pmetienteſ: ultima adegit neceſſitateſ pleta
 rios quoque in arma cogere hoc eſt eos qui ī urbe ſufficiendæ ſemp p
 liſ cauſa uacabāt militiæ aſcriberē. quippe cū fruſtra de prole cura ſit ni
 ſi rebus præſentib⁹ cōſulaſ. Itaque irruit in uniuerſoſ Tarentinoꝝ ſi
 neſ cum Leuino cōſule Romanuſ exercituſ. igni ferroque uat ſtat omia
 plurima expugnat oppida iuriam iſolēter acceptam crudeliter uindi
 cat. Cōtinuo Tarentinoſ plurimiſ finitimoꝝ præſidiſ ſultoſ maxime
 Pyrrhuſ auxit q etiā ī ſe ob magnitudinē uiriū cōſiliorūque ſum
 mam belli nomenq; traduxit. Nam Tarentū utpote ex Lacedæmoniſ
 cōditāz cognatamq; Græciæ ciuitatez uindicatur⁹ totaſ uireſ Epiri The
 ſſaliæ & Mæcedoniæ elephantēſ etiā uſque ī id temp⁹ inuiſoſ Romaiſ
 numero. xx. in Italiā primuſ iuexit terra mari uicis equiſ armiſ belluiſ
 ad poſtremū uiribuſ ſuiſ doliſque terribiliſ ſed delphici illi uſ nau
 ſſimi ſpirituſ & mendaciſſimi nebuloniſ: quem uatem magnum ipſi
 ferunt reſponſo circumuentuſque ambiguo exitum fecit qualem non
 putabat illum conſuluſſe. Itaque apud Heracleam Campaniæ urbem

fluuiūque Lirim prima iter Pyrrhū regē & Leuinū consulem pugna
cōmissa est. Consūptus ē grauiissimo certamine dies: utrinq; oibus mo
ri intētis: fugere nesciis. Introductos aut̄ inter concurrētia agmina ele
phantos: forma truces: odore graues: mole terribiles: ut uidere Romāi
nouo pugnandi genere circūuenti & territi: eqs maxime pauitantibus
diffugerūt. Sed postq̄ Minuti⁹ quartæ legionis primus hastat⁹ ptēta;
in se manū belluæ gladio defecuit: & conturbatā dolore uulneris auer
ti bello: atq; in suos sæuire cōpūlit: ei usq; imoderato discursu pturba
ris: ac pmisceri cœperūt: finis pugnæ etiā beneficio noctis īpositus ē. Vi
ctos fuisse Romanos turpis fuga pdidit: quorū tunc cecidisse peditum
referūtur. xi. M. dccc. lxxx. capti aut̄. ccc. & x. Eqtes uero cæsi. cc. xlvj.
capti. dccc. ii. signaque amissa. xxii. Nā quant⁹ e diuerso numer⁹ socioꝝ
Pyrrhi fuerit extinctus: memoriæ nō est traditū maxie: q̄a scriptoꝝ ue
tes mos ē ex ea pte quā uicerit: occisoꝝ nō cōmemorare numez: ne ui
ctoriæ gloriā maculent dāna uictoris: nisi forte cū adeo pauci cadunt:
ut admirationē terrōrēque uirtutis augeat paucitas pditoꝝ: sicut ī pri
ma belli Perfici congressiōe apud Alexandꝝ Magnū fuit: cui iter. cccc.
fere milia hostiū interfecta: nouē tantūmodo in exercitu ei⁹ pedites de
fuisse referūtur. Sed Pyrrhus atrocitatem cladis: quam hoc bello exce
perat: diis suis hōib; s; que testatus ē: affigenstuluz in templo Taren
tini Iouis: in quo hac scripsit. Qui antehac fuere iuicti uiri pater opti
me Olympi: hos ego in pugna uici. uictusque sū ab eis dē. Et cū a soci
is increparet: cur se uictū dicere: qui uicisset: respondisse fert. Ne ego si
ites eodē modo uicero: sine ullo milite Epirū reuertar. Interea Romā
nus exercit⁹ postq̄ uictus clā fugit ē castris: miserabilē belli clade; gra
uioribus mōstris auctā accumulataque persensit. Nā pabulatores for
te pgressos: uelut hostilis quādam oborta tēpeestas cū horribili frago
re cœli correptos diris fulminibus exussit. Quippe. xxxiiii. eoꝝ quida;
turbo pstrauit. xxii. semineces relictī. iumēta exaiata & capta q̄pluria:
ut merito contigisse non in signū uastatōis futuræ: sed uastatio ipsa re
ferat. Secunda inter Pyrrhū & Romanos cōsules pugna ī Apuliæ fini
bus fuit: ubi clades belli ad utrosq;: sed maxime ad Pyrrhum. uictoria
ad Romanos concessit. Nā cū diu obnixe cunctis in mutūam cadē ruē
tibus anceps illi pēderet euent⁹: Pyrrh⁹ transfixo brachio faucius prior
cessit e prælio. Sed & Fabriti⁹ legat⁹ tunc uulnerat⁹ ē. Elephantī prima
pugna uulnerari: atq; ī fugā cogi posse deprehēsi. deīde subiectis inter
posteriora ac mollia ignib⁹ exagitati: ardētes īsup machias furore trepi
do circūferētes exitio suis fuer. Cæsa sūt ī ea pugna. iiii. M. rōanoꝝ. de

exercitu uero Pyrrhi. xx. M. prostrata sunt. Regis signa ablata. xxxiii Romanorum undecim amissa sunt.

Romanorum miseria nullis cessat induciis.

Pyrrhus bello fractus Agathocle mortuo rege Syracusano ad Sicilia accersitus imperium Syracusas concessit. sed & Romanorum miseria nullis cessat induciis. Consumitur morborum malis iter capedo bellos. & cum foris cessat a praelio: agit introrsum ira de caelo. Nam Fabio Gurgite itere Gaio Genutio Clepsina consulibus pestilentia granis urbem ac fines eius inuasit: quae omnes tu praecipue mulieres pecudesque corripit: necatis in utero foetibus futura ple uacuauit. & imaturis partibus cum periculo matris extorti abortus percipiunt. adeo ut defectura successio: & defuturae astantium genus adempto uitalis partus legitimo ordine crederet. Interea reuersum ex Sicilia Pyrrhum Curius consul excepit tertiumque id bellum contra Epirotas apud Lucaniam in Aurusinis campis gestum est. Itaque primo concursu: cum Pyrrho milites Romanorum impressione trepidarent: circumspectantesque fugam belli cedere moliretur Pyrrhus elephantos ex subsidiis iussit induci. Romani assueti iam pugnare cum belluis: cum malleolos stuppa inuolutos: ac pice oblitos: uncis in super & aculeis tenaces praeparauissent: eosque flammatos in terga belluarum turreaque uibrarent: non difficile futentes ardentisque belluas in eorum excidia: quorum subsidia fuerant: reuertunt. Octoginta namque milia peditum in illo praelio habuisse regem dicunt. equitum uero sex. M. Ex his caesa referunt. xxx. M. capti autem. ccc. Pyrrhus quinto decimo anno: quo uenerat: ab Italia uictus aufugerat: quod post multa grauissimaque bella quae gessit in Graecia apud Argos Achaiae florentissimam urbem Spartani regni auiditate seductus: saxo ictus interiit. Tunc quoque apud Romanos Sextilia uirgo uestalis conuicta: damnataque incesti ad portas Collinam uiua defossa est.

Consperta morte Pyrrhi Tarentini noua arma sollicitant.

Nunc ab urbe condita. cccc. lxxvi. Tarentini Pyrrhi morte conperta iterum noua aduersus Romanos arma sollicitant. Carthaginensium auxilia poscunt per legatos atque accipiunt. Conserto praelio uicere Romanis: ubi iam tunc Carthaginenses: quis non dum hostes adiudicati: uinci tamen a Romanis se posse senserunt. Sequenti anno magnas uiscerum suorum partem seueritas romana concidit. Nam aduentate dudum Pyrrho octaua legio diffidens romanae spei nouum scelus auxit. Rhegynos omnes: quibus subsidio pra-

erat: interfecit. prædã sibi omnes atq; ipsum oppidũ uendicauit. Hoc facinus in tam sceleratos defectores puniendũ Genutio consuli uisum est: q; obsessa Rhegynorũ urbe captisq;e omnibus ipse quidem in reliquos pfugas: & latrones exercuit digna supplicia. Romanos uero milites integre legionis Romã misit: q; populi iussu mediõ foro uirgis cæsi: securiq;e percussi sunt. Visũ sibi est tũc Roma uincere: cũ legionem suam integram occidit: quã sine dubio uicta fuisset: si eam hostili prælio perdidisset.

Obscœna & dira prodigia uisa sunt Romã.

Nno ab urbe condita. cccc. lxx. vii. obscœna & dira prodigia uel uisa Romã: uel nũciata sũt. Aedes salutis icũ fulmĩs dissoluta. pars muri sub eodẽ loco de cœlo ut dicũt tacta ẽ. Lupi tres ante lucem ingressi urbẽ semesũ cadauer intulerũt: sparsũque mœbratim in foro ipsi strepitu hominũ exterriti reliquerũt. Apud Phormias multis icũb' fulminũ mœnia undique ambusta & dissoluta sũt. Apud agy Calœnũ repente flãma scisso hiatu terrã eructata trib' dieb' & tribus noctib' terribiliter exãstians q;que agri iugera exhausto penit' succo ubertatis i cinerẽ extorruit ita: ut nõ fruges solum sed & arbores cũ imis stirpib' absũpisse referat. Sequenti abhinc año Sẽpronius cõsul aduersus Picẽtes duxit exercitũ. Et cũ directe intra iactũ teli utraque acies cõstitisset: repẽte ita cũ horrendo fragore terra tremuit ut stupor uiraculi utrũque pauefactũ agmẽ hebesceret. Diu attoniti utrinque populi hæsitauere. Præiudicata incesti conscia tandẽ percursu cõcito ire certamẽ. Triste adeo id bellũ fuit: ut merito dicat tãtũ sanguinẽ humanũ susceptura etiã cum gemitu horrifono tũc terra tremuisse. Romani q; pauci admodũ eo prælio euasere uicerũt.

Inter multa prodigia sanguis e terra. lac uisũ est enanare de cœlo.

Nno ab urbe condita. cccc. lxxx. inter prodigia sanguis e terra lac uisũ manare de cœlo. Nã & plurimis locis caturies e fontib' cruor fluxit. & de nubibus guttatĩ in spēce pluuia lacte demisso diris: ut ipsis uisũ ẽ: terrã imbrib' irrigauerũt. Eo tpe Carthaginenses dato aduersũ Romanos auxilio Tarẽtinis: cũa senatu p legatos arguerent: turpissimã rupti fœderis labẽ præsumpta accumulauerũt p iurio. Tũc etiã Vulcinius Hetruscoꝝ florētissimi luxuria pene pierenã cũ licẽtia i cõsuetudinẽ progata seruos suos passim liberos facret:

eōuitiis alligarent: coniugis honestatem: libertini in ptem potestatis
 recepti plenitudinē p scelus usurpare molliti sūt: & liberati seruitutis
 iugo ambitu dominatōis arserūt. & quos dominos subditi æquanimi
 ter dilexerunt: eos iam liberi: quos dominos fuisse meminerāt: execrati
 sunt. Itaque cōspirantes in facin⁹ libertini: quorū tāta manus fuit: ut si
 ne controversia ausu potirent: correptam urbē suo tantū generi uēdi
 cant. patrimonia cōiugiaque dominorū sibi p scelus usurpant: extorres
 dominos pcul abigūt: qui miseri exules egentesq; Romā deferūt: ubi
 ostentata miseria: querelaque defleta p Romanorū scueritatē & uindi
 cati sunt & restituti. Anno ab urbe condita. cccc. lxxx. primo pestilentia
 ingens apud Romā conflagrauit: cui⁹ atrocitatē significare cōtentus
 sū: quia uerbis implete non possū. Si enī spaciū tps: quo mansit inquiri
 ultra bienniū uastando porrecta ē. si depopulatio: quā egerit: census ī
 dictus ē: q non q̄tū hoīum depisset. sed q̄tū supfuisse inq̄reret. si uio
 lentia qua id fecerit: sibyllini libri testes sūt: q eam cœlesti ira iposita:
 responderūt. Sed ne quēq; quasi tētatio cauillatōis offendat: quod euz
 sibylla iratos deos dixerit. nos iram cœlestē dixisse uideamur: audiat &
 intelligat: quod hęc. & si plerūq; p aereas ptates sūt: tamē sine arbitrio
 oīpotentis dei oīo nō sūt. Eodē tpe Capparonia uirgo uestalis icesti
 rea suspendio piit. corruptor eius consciiq; serui supplicio afficti sūt
 Ecce continuatī quæ & quanta numeram⁹: accidisse annis singulis plu
 rimas: inter quos certe raro aut pene nullo nihil triste gestū ē. Et hoc cū
 iidē scriptores pposito sibi magis laudandi negocio cauerēt numero si
 tates miseriay: nec eos dē qbus hęc & de qbus scribebant offenderēt. au
 ditoresq; suos exēplis præteritorū tertere poti⁹: q̄ instruere uiderentur
 Porro aut nos in ultimo temporū positi mala Romanorū scire nō possu
 mus: nisi p eos: q laudauere Romanos. Ex quo itelligi dat: quanta illa
 fuerint: quæ studio ppter horrore impressa sunt. cū tanta inueniantur
 quæ tenuiter inter laudes emanare potuerūt.

Bella Punica successerūt.

T. quoniaz ex hoc iam punica bella succedūt res ipsa exigat ut
 de Carthagine quæ ante urbē Romam duos & lxx. annos ab
 Elisa cōdita inuenit: deq; eius cladibus ac domesticis malis si
 cut Pōpeius Trogus & Iustinus exprimūt: uel pauca referant. Cartha
 ginenses uelut uernaculū atque intestinū sp inter se malum habuere
 discordiam: qua infeliciter exagitante nulla unq̄ tempora uel foris p
 spera uel domi quieta duxerūt. sed cū inter cætera mala etiam pestilētia

laborarent: homicidiis p̄ remediis usi sunt. Quippe hoies: ut uictimas imolabant: ætatemq; īpuberē: quæ & hostiū misericordiam puocaret: aris admouebant: De quo sacrorū imo sacrilegiorū genere quid potissimū discutiendū sit: nō inuenio. Si enī huiusmōi rit⁹ aliqui demōes præcipere ausi sūt: ut mortib⁹ hoīūz occisione hoīūz satisfieret: itelligēdū fuit se oparios atq; adiutores pestilentiaē conduci ut ipsi: quos illa non corripuisset: occiderēt. Sanas enī atq; icorruptas offerri hostias mos ē. ita ut illi nō sedarent morbos. sed præuenirēt. Itaq; Carthaginēses aduersis diis p̄pter istiusmodi sacra. sicut Pōpeius Trog⁹ & Iustin⁹ fatē sicut & apud nos cōstat p̄pter præ sūptionē ipictatēq; ipsorū irato deo cū in sicilia diu infelicitate dimicassent: translato in Sardinia bello iterū infelici⁹ uicti sunt: p̄pter quod ducē suū Mezeū & paucos: qui supferant. milites exulare iusserūt. Exules ueniā p̄ legatos petentes repulsi patriam bello & obsidione cinxerūt. Ibi tūc Mazeus dux exulū Charthalonē filiū suū sacerdotē Herculis: quod sibi uelut insultas purpuratus occurrerat: in crucē sub oculis patriæ ut erat dign⁹: cū purpuris infulisq; suspēdit. Post paucos aut̄ dies urbē ipsam cepit: qui cū interfecit plurimis senatorū cruenta domiaretur: occisus ē. Hæc t̄pib⁹ Cyri Persarū regis gesta sūt: Post hæc uero Hamilcho rex Carthaginensiu⁹. cū in Sicilia bellū gereret: repente horribili peste exercitūz amisit. Nec mora morbis: populo cateruati cadente. cito quisq; corrept⁹ mox mortuus iā nec sepeliebatur: cui⁹ mali nūti⁹ cū attonitā tā repertino luctu Carthaginē repleuisset: nō sec⁹: ac si capta eēt: turbata ciuitas fuit. Oīa ululatib⁹ p̄sonabant. clausa ubiq; ianua. cūcta priuata publica q; officia dānata. uniuersi ad portū currūt. egredientesq; de nauibus paucos q; cladi supferant de suis p̄contabant. Postq̄ de clade suorū dicentib⁹ illis uel gementib⁹ miseri intelligūt: tunc toto litore plagentium uoces tūc infeliciū mat̄z ululatus & flebiles querelæ audiebāt. Inter hæc exiens procedit & ipse de nauī sua imperator sordida & seruilitūca discit⁹ etus: Ad cuius conspectū plangentia iūgunf agmīa. Iose quoq; man⁹ ad coelū tendens nūc suā. nūc publicam infelicitatē accusat & desset. ad postremū uociferans per urbē: tandē ingressus domū cunctos q; lachrimantes p̄sequēbant: ultimo dimisit alloq̄o. ac deīde obseratis ianuis exclusis etiā filiis gladio dolorē uitamq; finiuit. Hæc Darii tēporibus gesta sunt. Post hæc Hanno uir quidam Carthaginēsis: priuatis opib⁹ rei publicæ uires superans: inuadendæ dominationis hausit cupiditatem. Cui rei consiliū utile rat⁹ ē: ut simulatis unica siliæ nuptiis oēs senatores quorū dignitatē obstiturā icēptis suis arbitras: inter pocula ueneno

necaret: Quæ res per ministros pdita sine uldiõe uitata ē: ne i uiro potē
 ti plus negotii res faceret cognita q̄ cogitata. Hoc cōsilio elusus Hāno
 alio machinamento facinus aggredi parat. Seruitia cōcitāt: qb̄ repente
 incautam urbē opprimeret. Sed cū ante statutā cædibus diē pditum se
 præuentumque intellexisset: castellū quoddā cū uiginti milib⁹ seruoꝝ
 armatus occu pat. Ibi dū Aphros regēque Mauroꝝ concitat: captus ē.
 ac primo uirgis cæsus. deinde e fofsis oculis & manibus cruribusq; fra
 ctis: cū a singulis mēbris pœna exigeretur: in cōspectu populi necat⁹ est
 Corpus uerberib⁹ laceratū crucifixū est. filii cognatique oēs supplicio
 traditi: neq; seū eiusdē familiæ unq̄ aut imitari: aut ulcisci meditaretur
 Hæc tꝑibus Philippi gesta sunt. Post hæc Carthaginenses cū Tyrum
 urbem auctōrē originis suæ ab Alexandro Magno captam euerfamq;
 didicissent: timentes transitū eius in Aphricam futurū: Hamilcharem
 quendam cognomento Rhodanū: uirū facundia solertiaq; præcipuuz
 ad pscrutādos Alexandri actus direxerunt: q̄ per Parmenionē quasi
 transfuga exceptus dehinc in militiam regis admissis oīa ciuib⁹ suis p
 tabellas scriptas: & post cæra superlitas enūciabat. Hūc mortuo Alexā
 dro Carthaginem reuersum: quasi urbem regi uenditasset: non ingra
 to tantū aīo. ueꝝ etiā crudeli iuidia necauerūt. Deinde cū assidua: nec
 unq̄ satis p̄spera. aduersus Siculos bella gererent: & syracusas urbes si
 ciliz tūc florentissimā obsidione cinxissent: p̄ Agatoclem siciliz regem
 miro circūuenti ingenio usque ad extrema desperationis adducti sunt
 Nāque Agathocles cū apud syracusas a Carthaginensibus obsideret:
 ac se neque bello parē instructu copiaz: neque obsidiōis patientē stipē
 diōꝝ sufficientia uideret: bene p̄uiso: ac melius d̄ssimulato consilio in
 Aphricā cū exercitu transit. Ibi suis qd moliat: aperit. deinde: qd facto
 opus sit: docet. Ilico unanimiter naues primū: in quib⁹ uenire icendūt
 nequa spes refugiēdi foret. Deinde cū oīa in quæ direxisset: p̄sterneret:
 uillas castellaque icenderet: Hannōnē quendam cū. xxx. M: Pœnoruz
 obuiū habuit: quē cum duob⁹. M. suoꝝ interfecit. Ipse aut̄ duos in eo
 bello tantū pdidit: Qua pugna & Aphroꝝ animis incredibiliter fractis
 & suoꝝ in imensum auctis urbes castellaque expugnat. prædas ingen
 tes agit. hostium multa milia trucidat. castra deinde ad quintū lapidez
 a Carthagine statuit: ut damna reꝝ opulētissimaz uastationēq; agro
 rū & incēdia uillaz de muris ipsius urbis specularent. Adiciē p̄ælen
 tibus malis tristior fama. Nam & apud siciliam delet⁹ cum imperatore
 Aphroꝝ exercit⁹ nūciat: quē reuera incautus ac pene ociosum Andro
 Agathoclis frater oppresserat. Hoc p̄ totaz Aphricaz ru more disperso

non tributaria tantū urbes ab his: uerū etiā socii reges deficiebant inter quos rex quoque Cyrenarū Apellas pact^o ē dū Agathocle coionē belli: dū regnū Aphricæ ardenter affectat. Sed postq̄ in unū exercit^o & castra iunxerūt: p̄ Agathoclem blandimentis & infidiis circūuentus occisus est. Carthaginenses contractis undiq; copiis ī bellū exarsere. Quibus Agathocles habens secū Aphellæ copias cōgredit. eosque magno utriusque exercitus sanguine & graui prælio supat. Hoc certamis discrimine tanta despatio pene illata est: ut nisi in exercitu Agathoclis orta seditio fuisset: transfugiturus ad eū Hamilchar dux Pænorū cum exercitu fuerit. Ob quā noxam in medio foro iussu Carthaginensiu p̄ a tibulo affixus crudele spectaculum suis præbuit. Deinde cū post mortem Agathoclis Carthaginenses Siciliā īstrūcta classe uasarēt: a Pyrrho rege Epiri ab Italia accersito: terrestri naualique certamie sæpe superati nouissime ad romana bella cōuersi sunt. Prodolor: legūt ne ista de ueteribus: qui de recentib⁹ conquerunt: imo legunt & ea non æq̄tate sed æmulatione coniciūt. Maximo enī illo & ineffabili: que nec ipsi discetnūt: stimulo cōpugūtur: non p̄pter tpa mala: sed p̄pter tpa christiana. & deriuatio est inuidi ulceris: ut quicqd agit sub execrabili: atrocius esse uideatur: sicut etiā inter nos sæpe inimicorū oculis uideri solet eos: quos exécrant: nihil non prauū: nihil non turpe: nihil nō obscœnū nihil non uulnerosū dicto factoue agere. & hoc tamen simpliciter. In tantū enim captū cor obliquat inuidia: ut rectum natura nō uideat: de quorū numero sunt isti. Sed multo miseres: quia inimici dei ac perinde inimici ueritatis: de quibus flētes hæc dicimus: & quos misericorditer si patiant arguimus: ut sanemus: qui uitioso oculo hæc uident. atq; iō duplicia illis uident: quæ uident: & confusi caligine neq̄ciæ inid cadūt: ut minus uidendo plus uideant: cū tamen id quod ē: ita ut est uideri nō possint: qui grauiora arbitrant flagella patris: q̄ hostis incendia: q̄ acerbiosem uocant blandientē: admonentē: & redimentē deū: q̄ persequentem: dominantē: trucidantē que diabolū: q̄q̄ si de patre intelligerent: de castigatione gauderent: & si præuideret fructus eruditionis: esset disciplina tolerabilis: ac p̄pter sp̄e: quæ nūc gentibus data ē: ante uero nō fuerat: leuiora ducerēt: etsi grauiora paterent: q̄q̄ contēptus miseriarum possunt etiā a suis discere: apud quos fūma mala p̄ summis bonis exstimata sunt tantū: ut gloriā fame celebrē atque illustre consequerēt: p̄ quos colligi dat: quanta nobis: quibus æternitas beata p̄mittit: sint toleranda p̄ uita: cū illi tanta potuerint tolerare p̄ fama.

Quod Romani Siculos & Pœnos uicerūt. & Regulus haud pro-
cula flumine Bragada serpentem miræ magnitudinis interfecit

Nno ab urbe cōdita. cccc. lxxxiii. Appio Claudio & Quīto Fa-
bio consulibus Mamertinis: quorū Mesana nobilis Sicilia ciui-
tas erat: auxilia contra Hieronē Syracusanū regem & Pœnorū
copias Hieroni iūctas Appiū Claudiū consulē cū exercitu misere Ro-
mani: q̄ tam celeriter Syracusanos Pœnosque superauit: ut ipse quoque
rex rex magnitudine perterritus ante se uictū: quam congressum fuis-
se p̄diderit: qui ex infractis uiribus amissaque fiducia cū pacē supplex
rogaret. cc. argenti talentis iussu consulū multatus accepit. Consules
itaque Agrigentū Sicilia ciuitatē adētes: ibi præsidia Pœnorū opibus
ualloque cinxerūt. Cūque inclusus ea obsidione senior Hannibal ipe-
rator Pœnorū ad summā egestatē redactus esset: Hanno. i perator nou⁹
Carthaginensiu cū equitibus. M. d. &. xxx. peditū milibus. xxx. etiā ele-
phantis ex iprouiso intercessit. expugnationēque ciuitatis paulisp̄ di-
stulit. sed cōtinuo ciuitas capta ē. Pœni maximo bello uicti & p̄fligati
xi. elephantis in potestatē redacti. Agrigentini sub corona oēs uēditi iūt.
Hannibal senior facta cū paucis eruptiōe diffugit. Gneo Cornelio Asi-
na & Gaio Duilio consulibus: cū Hannibal senior orā Italia maritimā
instructa. lxx. nauiu classe uastaret romani & ipsi classē fabricari atq̄
instrui præcipiūt: quod Duilius consul celeriter impleuit. Nā intra. lxx.
dies: quā arbores cæsa erant: c. xxx. nauiu classis deducta ī ancoris stetit
Cornelius Asina consul alter cū sedecim nauib⁹ Liparam insulaz petit
ubi ab Hannibale: quasi ad colloquiū pacis euocato: Punica fraude ca-
ptus. atque in uinculis necatus ē. Quod ubi Duilius alter consul audi-
uit: cū. xxx. nauibus aduersus Hannibalē p̄sect⁹ ē. Cōmissio nauali præ-
lio Hannibal amissa nauis: qua uehebat scapha subductus aufugit. xxx.
naues eius & una capta. xiii. merfa. iiii. M. hominū occisa. vii. M. capta
referunt. Postea Carthaginenses Gaio Aquilio Floro & Lucio Corne-
lio Scipione consulibus: Hannonē in locū Hannibalis subrogatū p̄ Sar-
dis Corsis defendendis nauali prælio præfecerūt: qui a Scipione cōsule
uictus: amisso exercitu ipse confertissimis hostib⁹ se immiscuit. ibique
interfectus ē. Eodez anno. iiii. M. seruorū &. iiii. M. naualiū sociorū in ur-
bis Romæ excidium cōiurarunt. & nisi maturata p̄ditio consilium præ-
uenisset: destituta præsidiō ciuitas seruili manu periisset. Anno ab hoc
pximo Calatinus consul Cameram sicilia urbē petens temere in angu-
stias deduxit exercitum: quas Pœnorū copiaz iam duduz præsstruxerant

stris triremes uelocitate liburnicis pares: & octo legiōes classi suppositæ
absq; cohortib⁹. v. prætoriis. Classis Antonii. clxx. nauiu fuit: quantum
numero cedens: tantū magnitudine præcellens. Nam. x. pedū altitudine
a mari aberat: Famosum & magnū hoc bellū apud Actium fuit. Ab ho
ra qnta usq; in horā septimā: incerta uincendi spe grauissime utrinque

cædes actæ. reliquū diei cū subsequente nocte in uictoriā Cæsaris decli-
 nauit. Prior regina Cleopatra cum. lx. uelocissimis nauibus fugit. Anto-
 nius quoque detracto insigni prætorix nauis fugientē secutus uxorē ē
 Illucescente iam die uictoriam Cæsar consumauit. xii. M. ex uictis ceci-
 disse referunt. vii. M. uulnerata sūt: e qbus. M. inter curandū defecerūt.
 Antonius & Cleopatra cōes liberos cū parte regix gazæ ad rubrū mare
 præmittendos censuerūt. ipsi præsidiis circa duo Aegypti Pelusiu; Pa-
 rethoniūque dispositis classem & copias instaurādo bello parauerunt.
 Cæsar sextū īperator appellat: & quartū ipse cū Marco Lycinio Craf-
 so consul Brundisiū uenit: ibique orbis terrarū præsidia diuisis legiōi-
 bus cōposuit: Inde in Syriā: mox Pelusū adiit: ubi ab Antonianis præsi-
 diis ultero susceptus ē. Interea Corneli⁹ gallius præmissus a Cæsare. iiii
 legiones quas Antoni⁹ apud Cyrenas præsidii loco constituerat: susce-
 pit in fidē. atque inde Parethoniū primā Aegyptia Libyæ parte ciuita-
 tem uicto cepit Antonio. ipsūque cōtinuo apud Phasū uicit. Antonius
 equestre aduersus Cæsarem bellū iniit. in eo quoque miserabiliter ui-
 ctus aufugit. Kalendis sextilibus prima luce Antoni⁹ cū ad instruendā
 classem in portū descenderet: subito uniuersæ naues ad cæsare trāsiert.
 Cūque unico præsidio spoliatus esset: trepidus se cū paucis recepit ī re-
 giam: De inde īminente cæsare turbataque ciuitate idē Antoni⁹ sese ferro
 transtuerberauit: ac semianimis ad cleopatram in monumentū: in quod
 se illa mori certa condiderat: platus ē. cleopatra postq̄ se ad triūphū ser-
 uari intellexit: uoluntariā mortem petens: serpentis: ut putat: morsu in
 sinistro tacta brachiō exanimis inuenta ē: frustra cæsare etiā psyllos ad-
 mouente q̄ uenena serpentiū e uulneribus hoīum hauistu reuocari atq; ex-
 uigere solent. cæsar Alexandria urbe oīum longe opulētissima & ma-
 xima uictor potitus est: Nam & Roma in tantū opibus eius aucta ē: ut
 ppter abundantiam pecuniarū duplicia: q̄ usque ad id fuerant: possessio-
 num aliarūque reꝝ uenaliū precia statuerent. Occisi sunt iussu Cæsaris
 maior Antonii filius & Publius caninius infestus sp̄ cæsari: sed & Anto-
 nio infidus. & cassius Parmensis ultima uiolati patris cæsaris uictima &
 Quintus Quinius ob eam maxime notam: quod obscenissime lanificio
 textrinoque reginæ senator populi romani præesse non erubuerat. De
 hinc cæsar pedestribus copiis in Syriam uenit. deinde in Asiā ad hyber-
 na concessit. ac post per Græciam Brundisiū peruectus est.

Hic Cæsar primū imperator Augustus est salutatus.

Nno ab urbe. dccxxvi. ipso imperante Cæsare Augusto & Lucio Appulcio consulibus: Cæsar uictor ab oriente rediens octauo idus ianuarii urbem triplici triumpho ingressus est. ac tunc primus ipse Ianuam portas: sicut opibus finitisque bellis civilibus clausit. Hoc die primus Augustus consalutatus est. Quod nomen cunctis antea iniuolatum: & hucusque ceteris inausum dominis tantum orbis licite usurpatum apicem declarat imperii atque ex eodem die summa res ac potestatum penes unum coepit esse. & mansit: quod Græci monarchiam uocant. Porro autem hunc eundem diem: hoc est octauo idus ianuaras: quem nos epiphaniam: hoc est apparitionem siue manifestationem dominici sacramenti obseruamus: nemo credentium siue etiam fidei contradicentium nescit. De quoniam ista fidelissima obseruationis sacro uberius nunc dicere nec ratio nec locus flagitat: ut & quærentibus reseruasse: & negligentibus non ingressisse uideamur. Hoc autem fideliter commemorasse ideo par fuit: ut pro iam uenturi christi gratia præparatum Cæsaris imperium comprobet. Nam cum primus Gaio Cæsare auunculo suo interfecto ex Apollonia rediens urbem ingrederetur hora circiter tertia repente liquido ac puro sereno circulus ad speciem celestis arcus orbem solis ambiit: quasi unum eum ac potissimum in hoc mundo solumque clarissimum in orbe monstraret: cuius tempore uenturus esset: qui ipsum solem solus: mundumque totum & fecisset & regeret.

De restoratione seruorum dominis.

Einde cum secundo in sicilia receptis Pompeio & Lepido legionibus. xxx. seruorum. M. dominis restituisset. & xl. legionibus suis imperio suo ad tutam orbis terrarum distribuisset: ouansque urbem ingressus omnia superiora populi romani imperatori debita donanda litterarum etiam monumentis nedum aboleri censuisset: in diebus ipsis fons olei largissimus: sicut superius expressi de taberna meritoria per totum diem fluxit. Quo signo quid euidentius quam in diebus Cæsaris toto orbe regnantis futura christi natiuitas declarata est: christus enim lingua gentis in qua & ex qua natus est: unctus interpretatur. Itaque cum eo tempore: quo Cæsari perpetua tribunicia potestas decreta est: Romæ fons olei per totum diem defluxit. Sub principatu Cæsaris romano imperio per totum diem hoc est per omne romani imperii christum & ex eo christianos: id est uictum atque ex eo uictos de meritoria taberna: hoc est de hospitali largaque ecclesia affluenter atque incessabiliter processuros: restituendosque per Cæsarem omnes seruos: qui tamen cognosceret

dominū suū: cæterosque qui sine domino iuenirentur: morti supplicio que dedendos: remittendaque sub Cæsare debita peccatorū in ea urbe: i qua spontaneum fluxisset oleum: euidentissima his: qui pphetarū uoces non audiebant: signa in cœlo & terra prodigia pdiderunt. Tertio autē cum urbem triumphans quintū consul ingressus est: eo scilicet die quē supra nominauimus: cum & Ianum post. cc. annos primū ipse clausit: & clarissimum illud Augusti nomen assumpsit: quid fidelius ac uerius credi: aut cognosci pōt: concurrentibus ad tantam manifestationē pacis nomine: die: quam hunc occulto quidē gestorū ordine ad obsequiū præparationis eius prædestinatū fuisse: qui eo die: quo ille manifestād' mūdo post paululum erat: & pacis signū prætulit: & potestatis nomen assūpsit? Quid autē in quarto reditū cū finito Cantabrico bello. pacatisque oībus gentibus Cæsar urbem repetiit ad contestationem fidei: quam ex primimus actum sit: ipso ordine melius proferetur.

Hic dicitur ubi Cæsar in Hispania uti gentes legibus suis prohibens Iani portas aperuit.

Nno ab urbe condita. dccxxvi. impatore Augusto Cæsare sexies. & bis Marco Agrippa consulibus: Cæsar pax in Hispania p. cc. annos actum intelligens: si Cantabros atque Astures duas fortissimas gētes Hispaniæ suis uti legibus sineret: aperuit Iani portas: atque in Hispanias ipse cum exercitu pfectus est. Cantabri & Astures Galleciæ puinciæ portio sunt: qua extentum Pyreni iugū haud pcul secundo oceano sub septentrione deducit. Hi non solū propriā libertatem tueri parati: uerū etiam finitimorū præripere ausi: Vacceos & Gurgonios & Aurigonas assiduis eruptionib' populabant. Igitur Cæsar apud Segissamam castra posuit: tribus agminibus totā pene amplexus Cantabriam. Diu itaque fatigato frustra atque in periculū sæpe deducto exercitu: tandē ab Aquitanico sinu per oceanū incautis hostibus admouere classem: atque exponi copias iubet. Tunc demum Cantabri sub mœnibus Belgicæ maximo cōgressu belli euecti in Vinnū montem naturatutissimū confugerunt: ubi obsidione famis ad extremū pene consūpti sunt. Aracillum deinde oppidum magna ui ac diu repugnās postremo captum ac dirutum est. Præterea uteriores Galleciæ pres: quæ montibus siluisque consitæ oceano terminant: Antistius & Firmi' legati magnis grauib'que bellis pdomuerunt. Nā & Medulliiū montē Minio flumini iminentē: in quo se magna multitudo hominū tuebat p. xv. M. passuū

fossa citcū septū obsidione cinxerūt. Itaque ubi se gens hoīūz trux natu-
ra & ferox: neque toleranda obsidione: neque suscipiēdo bel-
lo parē intelligit: ad uoluntariā mortē seruitutis timore concurrit. Nā
se penē oēs certatim igne ferro ac ueneno necauerunt. Astures uero po-
sitis castris apud Asturam flumen Romanos: nisi pditi prauētiqz eēt
magnis consiliis uiribusque oppressissent. Tres legatos cū legionib⁹ su-
is in tria castra diuisos tribus æque agminib⁹ obruere repenti moliti su-
orū pditione detecti sunt. Hos postea Carisius bello exceptos non par-
ua etiā Romanorū clade superauit. Pars eorū praelio elapsa Lanciam cōfu-
git. Cūque milites circūdatam urbē incendio adoriri pararent: dux Ca-
risius & a suis cessationē īpetrauit incendiū: & a barbaris uoluntatez de-
ditionis exegit. Studiose enī nitebat integram atqz incolumē ciuitatem
uictoriæ suæ testē relinquere. Cantabricæ uictoriæ hunc honorē detu-
lit Cæsar: ut tūc quoque belli portas claustro cohiberi iuberet. Ita tūc
secūdo p Cæsare quarto post urbē conditā: clausus est Ianus. Post hoc
Claudius Drusus priuignus Cæsaris Galliā Rhetiamque sortitus ma-
ximas fortissimaque gentes Germaniæ armis subegit. Nam tūc ueluti
ad constitutum diem pacis festinarent: ita oēs ad experiētiā belli: deci-
sionem uel fœderis undatim gentes cōmouebant: aut suscepturā condi-
tionem pacis: si uincerent aut usurā q̄ta libertate: si uincerent Norici:
Illyrii: Pannonii: Dalmatæ: Mœsi Thraces & Daci: Sarmatæ: plurimiqz
& maximi Germaniæ populi per diuersos duces uel superati: uel tepres-
si: uel etiam obiectū maximorū fluminū Rheni Danubiiqz seclusi sūt.
Drusus in Germaniā primo Susseptes: deinde Tenecteros & Cathos per-
domuit. Marcomannos penē ad internitionez cecidit. Postea fortissimas
nationes: & qbus natura uires: consuetudo expientia uirūz dabat. Che-
ruseos: Sueuos & Sycābros pariter uno bello: sed etiam suis alpo supra-
uit. Quorū ex eo confiditari uirt⁹ ac feritas pōt: quod mulieres quoque
eorū si quando prauentu romanorū inter plaustra sua concludebantur:
deficientibus telis: uel qualibet re: qua uelut telo uti furot possit. puos
filios collisos humi in hostiū ora iaciebant: in singulis filiorū necib⁹ bis
particidæ. Tunc etiam in Aphricā Vfulanos & Getulos latius uagātes
Coffus dux Cæsaris artatis finibus coercuit. atque Romanis limitibus
abstinere metu cōpulit. Interea Cæsare apud Tarracōnē citerioris His-
paniæ urbē legati Indorū & Scytharū toto orbe transmissi tandē ibi iue-
nerunt: ultro quod iam quærere nō possent. Refuderūt in Cæsare Ale-
xandri Magni gloriā: quē sicut Hispanorū Gallozque legatio in me-
dio oriente apud Babylonem contemplatione pacis adiit: ita hunc apud

Hispaniam in occidentis ultimo supplex cum gentilico munere Eous
 Indus & Scythia Boreus orauit. Cantabrico bello per quinque annos
 aëto: totaque Hispania in æternam pacem cum quadam respiratione la-
 situdinis reclinata ac reposita Cæsar Romam rediit: Quibus etiam di-
 ebus multa p se multa que p duces & legatos bella gessit. Nam inter cæte-
 ros & Piso aduersum Vindelicos missus est: Quibus subactis uictor ad
 cæsare Lugdunū ueit. Pannonios nouo motu intumescētes: Tiberi^o Pri-
 uignus Cæsaris cruentissima cæde deleuit. Idemque cōtinuo Germanos
 bello arripuit. e quibus. xl. M. captiuos uictor adduxit: Quod reuera bel-
 lum maximū & formidolissimū. xv. legiōibus per trienniū gestum ē. nec
 fere ullū maius bellum sicut Suetoni^o attestat post Punicū fuit. Sub eo
 dem uero tempe Quintili^o Varus cū tribus legiōibus a Germanis rebel-
 lantibus mira supbia atque auaricia in subiectos se agēs: funditus delet^{us}
 est. Quam rei publicæ cladē Cæsar Augustus adeo grauitur tulit: ut sæ-
 pē p uim doloris caput parieti collidēs clamaret: Quintili Vare redde legi-
 ones: Bosforanos uero Agrippa supauit: & signis Romāis: quæ illi quō-
 dam sub Mithridate sustulerāt: bello recuperatis: uictos ad deditiōem
 coegit. Parthi quasi toto terrarū orbe uel domito: uel pacato omniū ocu-
 lis signarent: atque in se solos oīs uigor Romani impii uertendus esset.
 quippe quos pristina ulciscēdæ Crassianæ cædis cōsciētia mordebat. ul-
 tro signa: quæ Crasso iterfecto abstulerāt: ad Cæsarem remiserū: regiis
 que obsidibus traditis firmū fœdus fideli supplicatōem eruerūt. Anno
 ab urbe cōdita. dcclii. Cæsar Augustus ab oriēte in occidētem. a septētri-
 one in meridiem ac per totū oceani circulū cūctis gentibus una pace cō-
 positis Iani portas tertio ipse clausit. Quas æuo per. xii. fere annos quie-
 tissimo semp obseratas ocio ipsa etiā rubigo signauit: nec prius unq̄: nisi
 extrema senectute Augusti pullatæ Atheniēsū seditiōe & Dacoz com-
 motione patuerāt. Clausis igif Iani portis rem publicaz: quā bello quæ
 siuerat pace enutrire: atque amplificare studens: leges plurimas statuit:
 per quas hūanū gen^{us} libera reuerētia disciplinæ morem gereret Domini
 appellatiōem: ut hō declinauit. Nam cū eodē spectante ludos pñūciatū
 esset a quodaz mimo: o dominū æquū & bonum. uniuersisque quasi de
 ipso dictū eē exultantes ap pbauiissent: statī qdem manu uultuque ide-
 coras adulationēs repressit. & ī sequenti die grauissimo corripuit edicto.
 dominū que se post hoc appellari ne a liberis qdem: aut nepotib^{us} suis uel
 serio uel ioco passus ē. Igif eo tempe idest eo anno: quo firmissimam ue-
 rissimamque pacē ordiatiōe dei Cæsar cōposuit: natus est christus: cui^{us}
 aduentui pax ista famulata est: ī cuius ortu audientib^{us} homibus exulta

res angeli cecinerūt gloria in excelsis deo & i terra pax hominibus bonae
uolūtatis. eodēque tpe hic. ad quē rex oīūz sūma concesserat: dominuz
se oīum appellari nō passus est: imo nonatus: q̄a uerus domin⁹ totius
generis humani inter hoīes nat⁹ erat. eodemqz āno tūc primū idem Cæ
sar: quem histantis mysteriis prædestinauerat deus: censū agi singulare
ubique p̄uinciarū: & censi oēs hoīes iussit: quando & deus hō uideri &
esse dignatus est. Tūc igit natus est christus: Romano censui statī a scri
ptus est. Hæc est prima illa clarissimaque p̄fessio que Cæsarem oīūz p̄ri
cipem: Romanosque dominos rex sigillatim cunctoz hoīūz edita a scri
ptione signauit: in qua se & ipse q̄ cunctos hoīes fecit inueniri hominez:
ascribique inter homines uoluit: Quod nunq̄ penitus ab orbe cōdito at
que ab exordio generis hūani in hunc mūdū ne Babylonio qdē uel ma
cedonico: ut non dicā minori cuiq̄ regno concessū fuit. nec dubiū: quin
oīum cognitioni fidei inspectionique pateat: qd̄ domin⁹ n̄r Iesus chri
stus hanc urbē n̄ uti suo auctam defensamqz in hunc rex apicē p̄uexe
rit: cuius potissime uoluit eē: cū uenit dicendus utique ciuis Romanus
census p̄fessione romani. Quam ob rem q̄a ad id t̄pis peruentū est quo
& dominus xp̄s hunc mūdū primū aduentu suo illustrauit: regnūqz
Cæsari tranquillissimū dedit: hunc quoque sextū libellū hoc fine cōcluse
rim: ut germinantia t̄pa xp̄iana magisque inter reprimētū mar⁹ crescē
tia: & quæ adhuc in p̄uectu posita hoz ipsoz: q̄bus hæc respondere co
gimur insectatione mordent: septimo libello: si tamen adiuuante dom̄io
suffecerim: cōprehendam: ut quoniā ab initio & peccare hoīes & puniri
p̄pter peccata non tacui. nunc quoz quæ p̄secutiones christianoz actæ
sunt: & quæ ultiones secutæ absqz eo quod oēs ad peccandū generaliter
p̄ni sunt atque ideo sigillatim corripiūtur: expediam.

PAULI OROSII VIRI DOCTISSIMI IN SEPTIMUM HISTORIARVM LIBRVM PROLOGVS.

Vfficienter: ut arbitrator: documenta sunt collecta: qui
bus absqz ullo arcano: quod paucoz fidelīū est: p̄bari
de medio queat: unū illū & uerū deum: quē christiana
fides prædicat: & condidisse mūdū: creaturāque ei⁹
cum uoluit: & disposuisse p̄ t̄pa multa: cū a multis ig
noraret: & confirmasse ad unū: cū per unicū declarat⁹
est: simulque potentiā patientiāque eius multimodis argumentis elux
isse. In quo quidē angustas deiectasque mentes offendi paulisp̄ itelligo

quod tantæ potentia patientia tanta misceat. Si enī potens erat inquit ut
 creare mundū: cōponere pacē mundi: insinuare mūdo cultū ad noticiā
 sui: quid opus fuit tanta: uelut ipsi sentiūt & tam pñciosā patientia: ut
 in ultimo errorib⁹: cladibus: laboribusq; hoīum fieret: quoda principio
 uirtute eius: quem prædicās: dei sic potius cōpisse potuisset. Quibus q-
 dem ueraciter respondere possem: ad hoc ab initio creatū & institutū hu-
 manū genus: ut sub religione cū pace & sine labore uiuens fructū obedi-
 entia: æternitatē pmereret: sed ab usū bonitate creatoris libertatem idul-
 gentis in contumacia uertisse licentiam: atque ex contēptu in obliuionē
 defluxisse: instamque nūc eē patientiam dei & iusticiam in utranq; ptē.
 ut nec contēptus dispdat in totū: cui misereri uelit: & affici laborib⁹ duz
 uelit: sinat contēptus potens. Deindē subsequens eē: iuste sp adhibere q̄
 uis ignorantī gubernationē: cui aliquando pie restitutus sit pœniten-
 ti antiquæ gratia facultatē. Sed hæc quoniā & si uerissime fortissimeq;
 dicūtur: fidelē tamen atque obedientē requirūt: mihi autē si uidero ali-
 quem ex credituris: certe nūc cū incredulis actio est: p̄mpt⁹ ea profra:
 quæ ipsi & si probare noluerint: iprobare nō possint. Itaque q̄tū ad cōsci-
 entiam humanarum mentium ptinet: utrique sub reuerentia religiōis
 & cōfessione cultuque supernæ potentia uiuimus: distante dūtaxat fide
 ga nostz ē fateri ex uno & per unū deū cōstare oīa. illoz tam multos de
 os putare: quam multa sunt elementa. Si potentia dei inquit quē præ-
 dicatis fuit: ut Romanū iperū taz amplū ac tam sublime fieret: cur igit
 patientia eius dē obfuit: ut ante nō fieret? Quibus sub eodē uerbo respō-
 debitur. Si potentia & deoz: quos prædicatis fuit: ut Romanū imperiū
 tam amplū ac tam sublime fieret: cur igit patientia eoz dē obfuit ut an-
 te non fieret? an ipsi dii nondū erant? an adhuc Roma ipsa non erat? an il-
 li non colebant? an hæc nondū idonea ad imperiū uidebatur? Si nondū
 erant dii: aut potentia: cessat intentio. Ut quid enī iam ibi eoz discussio
 moram: ubi ne ipsam quidē iuenio naturam? Si autē erant dii: aut poten-
 tia eoz: ut ipsi iudicant: aut patientia in culpa ē: uel patientia si fuit: uel
 potentia si defuit: aut si magis sua sibile uidet eē: tunc quidē deos qui p-
 uehere potuissent. sed nōdū extitisse Romanos: qui p̄uehi iure possent.
 Nos autē auctore rez potentiam: nō artificē sciam quærim⁹. De diis q̄p-
 pe: ut putant: magnis: nō de fabris uilissimis quæstio est: quib⁹ nisi mate-
 ria accedat. ars cessat. Si. n. præscisse illis ac uoluisse præsto sp fuit: imo
 etiam subiacente præscia: quia apud oīpotentiā de oīpibus dūtaxat suis
 hoc ē præscire: quod uelle: quodcūque illud præsciebatur: cui uolūtas
 astipularet: non expectari oportuit: sed creari: maxime cū & Iouem illū.

suū acruos formicaz in populos hoīum ludo uertete solitum ferant.
Porro autē de cura cærimoniæ nec recensendū arbitror: quoniam inter
sacra cōtinua incessabilib' cladibus nullus finis: nulla reges fuit: nisi cū
saluator mūdi christus illuxit: cuius aduentui prædestinatā fuisse ipii
Romani pacē: & suam sufficienter ostendisse me arbitror: paucis tamen
adhuc supplerē conabor. Principio secundi libelli cū tpa Romanæ cōdi
tionis stili tenore pstringerem: multa cōuenienter inter Babyloniam ur
bem assyrioz tūc principē gentiū: & Romanam nūc æque gentib' domi
nantem cōpacta conscripsi: fuisse illud primū: hoc ultimum: & iperū: illud
paulatim cædens: at istud sensim cōualefcens defluxisse. illi' sub uno tē
pore nouissimū regem: isti primū regem fuisse. Illam deinde tūc iuadē
te Cyro captam uelut in mortē cōcidisse: cunctā fiducialiter assurgētē
post expulsos reges liberis uti cœpisse consiliis: præcipue cū uendicante
libertatē suam roma tūc quoque iudæoz popul' qui apud Babylonā
sub regibus seruebat: in sanctam Hierusalē recepta libertate redierit: tē
plumque domini sicut a prophetis prædictū fuerat: reformarit. Præte
rea intercessisse dixetam inter Babylonū regnū: quod ab oriente fuerat
& Romanum: quod ab occidente cōsurgens: hæreditati orientis enutrie
batur: Macedonicum Aphricanūque regnū: hoc ē quasi a meridie ac se
ptentrione breuibus uicib' partes tutoris curatorisq; tenuisse. Orientis
& occidentis regnū æque Babylonū & Romanū iure uocitari: neminez
unq̄ dubitasse scio. Macedonicū regnū sub septentriōe esse cū ipsa cœli
plaga: tū Alexandti magniaræ positæ usque ad nūc sub Rhypcis mōti
bus docent. Carthaginē uero uniuersæ præcelluisse Aphricæ: & non so
lū in Siciliau Sardinā cæterasque adiacentes insulas: sed etiam in Hispa
niam regni terminos tetendisse: historiæ simul monumēta urbiūque
deklarant. Dictum est etiā uastatæ per Medos Babylonæ: & irruptæ p
Gotos Romæ pares admodū annoꝝ numeros cucurrisse: Nūc autē his il
lud adiicio: quo magis clareat unū esse arbitꝝ sæculoz: regnoz: locoz
que oīum deū. Regnū Carthaginense a conditōe usque ad eersionem
eius paulo amplius q̄. dcc. annis stetit. æque regnū Macedonicum a Ca
rano usque ad Persen paulominus q̄. dcc. utꝝque tamen septenarius il
le numerus: quo iudicant oīa: terminat. Roma ipsa etiam quā ad aduē
tum domini uostri Iesu christi pfecto pucheretur imperio: tamen pau
lulum & ipsa in occursum numeri huius offendit.

Hic dicit: quomodo Roma graui incendio uastata est.

Am. dcc. conditionis suæ anno. xliii. uicos eius incertum tūc
 consurgens flamma consumpsit. nec unquam: ut ait Lilius:
 maiore incendio uastata est adeo: ut post aliquot annos Cæ
 sar Augustus ad reparationem eorum: quæ tūc exusta erāt:
 magnam uim pecuniæ ex ærario publico largitus sit. Poteram quoque
 ostendere eundem duplicatum numex mansisse Babyloniæ: quæ post
 M. cccc. & quod excurrit: ānos ultima a Cyro rege capta est: nisi præsen
 tium contemplatione reuocaret. Illud sane libenter adiciam: quod primi
 illius regum omnium Nini: quanuis & pater eius Belus obscure prim^o
 regnasse referatur: anno postquam regnare cœperat. xliii. natus est ille
 sanctus Abraham: cui dictæ sunt repromissiones: ex cuius semine repro
 missus est christus: deinde nunc primi istius imperatorum omnin³ Au
 gusti Cæsaris: quanuis & pater eius Cæsar metator imperii potius quā
 imperator extiterit: istius inquam Cæsaris: postea quæ imperare cœpit
 emenso propemodum anno. xlii. natus est christus: qui Abrahā sub Ni
 no primo rege fuerat repromissus. Natus est autem: viii. Kal. Ianuarii:
 cum primum incrementa omnia anni uerientis incipiunt. Ita factum ē:
 ut cum Abraham. xliii. natus sit anno sub fine. xlii. natiuitatis christi cō
 ueniret: ut iam non ipse in parte tertii anni: sed in ipso potius tert^o ann^o
 oriretur. Qui annus quantis: q̄ nouis: quamque inuinitatis bonis abūda
 uerit: satis etiam me non proferente compertū haberi arbitror: toto ter
 rarum orbe una pax omnium non cessatione sed abolitione belloꝝ: clau
 sæ Iani gemini portæ extirpatis bellorum radicibus: non repressis cœsus
 ille primus & maximus fuit cum in hoc unum Cæsaris nomen uniuersa
 magnarum gentium creatura iurauit: simulque per communionem
 census unius societatis effecta est. Igitur anno ab urbe condita. dcc. xlii.
 natus est christus salutarem mundo afferens fidem: uere petra medio re
 rum posita: ubi comminueretur: qui offenderet: qui crederet saluaret.
 uere ignis ardens: quem qui sequitur: illuminatur: qui tentat exurit.
 Ipse ē xp̄s christianorū caput. saluator bonorū. malorū punitor: iudex
 omnium: qui formam secutus uerbo & opere statuens: quo magis do
 ceret: patientes in persecutionibus: quas p̄nita æterna exciperēt: eē oport
 tere: mox ut uirginis partu editus mūdo apparuit: a passionib⁹ suis cœ
 pit. Nāque eum rex iudeæ Herodes simul ut natum comperit: necare de
 creuit. plurimosque tunc paruulos dum unum infectatur: occidit. Hic
 malignis improbe incurrentibus digna punitio est. In hinc inquantū tran
 quillæ agitur mundus: credentium gratia inquantum perniciose inqui
 etatur: blasphemantium pœna ē: securis per omnia christianis fidelib⁹:

quibus aut æternæ uitæ requies in tuto: aut etiam huius in lucro est. quod
promptius cum per ordinem referam: ipsis rebus ostendam. Postquam
redemptor mundi dominus Iesus christus uenit in terras: & Cæsaris cæ
su ciuis Romanus ascriptus est: dum per. xii. ut dixi annos: clausæ belli
portæ beatissimæ pacis tranquillitæ cohiberent: Gaiū nepotem suum
Cæsar Augustus ad ordinandas Aegypti Syriæque p[ro]uincias misit. qui
præteriens ab Aegypto fines Palestinæ apud Hierosolymam in templo
dei tunc sancto & celebri adorare cōtempserit: sicut Suetonius Tranquil
lus refert. Quod ut Augustus comperit: prauo u[er]sus iudicio eū prudē
ter fecisse laudauit. Itaque anno imperii Cæsaris. xlviii. adeo dira Roma
nos fames conscuta est: ut Cæsar Ianistarum familias: omnesque p[ro]p[ri]o
nos: seruoꝝ quoque maximas copias: exceptis medicis & præceptoribus
trudi urbe præceperit. Ita peccante principe in sanctum dei: & correpto p[ro]
famem populo: quantitatem offensionis qualitas ultionis ostendit. De
inde ut uerbis Cornelii Taciti loquar: sene Augusto Ianus patefactus:
dum apud extremos terrarum terminos nouæ gētes sæpe ex usu: & aliquā
do cum damno quærentur: usque ad Vespasiani durauit iperitū. Huc
usque Cornelius. Cæteræ & tunc capta euerfaque urbe Hierosolymarum
sicut p[ro]phetæ p[ro]nunciauerunt: extinctisque Iudæis Titus: qui ad uindi
candum domini nostri Iesu christi sanguinem iudicio dei fuerat ordia
tus: uictor triumphans cum Vespasiano patre Ianum clausit. Igitur &
si sub extremis Cæsaris temporibus apertus est Ianus: tamen per multa
tempora ex eo: quanuis in p[ro]cinctu esset exercitus: nulla bella sonuerūt
Vnde etiam dominus Iesus christus in euangeliis: cum tēporibus illis
in sūma tranquillitate uniuersus mundus ageretur: cunctasque gentes
pax una uelaret: & a discipulis suis interrogatus esset de conditiōe tem
porum subsequentiū: inter cætera sic ait. Audituti autem estis p[ro]ph[et]ia &
opiniones p[ro]ph[et]iarum. uidete ne turbemini. Oportet enim hæc primū fieri
sed non dū est finis. Consurget enim gens in gentem. & regnū in regnū:
& erunt pestilentia & fames & terræ motus per loca. Hæc autem omnia
initia sunt dolorum. Tunc tradent uos in tribulationeꝝ: & occidēt uos:
& eritis odio omnibus gentib[us] p[ro]pter nomē meū. Hoc autē diuina p[ro]uidē
tia docēs & credētes p[ro]monēdo firmauit. & incredulos p[ro]dicandō cō
fudit. Anno ab urbe cōditā. dcc. lxxvii. post mortē Augusti Cæsaris Ti
berius Cæsar iperitū adeptus ē. mansitque in eo annis. xxiii. Hic p[ro] semet
ipsum nulla bella gessit. sed ne per legatos quodē aliqua grauiora: nisi quod
tantum in aliquantulis locis p[ro]cogniti cito gentiū tumores cōprimebāt
Sane. iiii. imperii eius anno Germanicus Drusi filius: Caligula pater de

Germanis: ad quos ab Augusto sene missus fuerat: triūphauit. Ipse autem Tiberius plurima imperii sui parte cum magna & graui modestia rei publicæ præfuit: adeo ut quibusdam præsidibus augēda punitiis tributa suadentibus scripserit. Boni pastoris esse tondere pecus: non deglubire. At postquam passus est dominus Iesus christus atque a mortuis resurrexit: & discipulos suos ad prædicandū misit: Pilatus præses Palæstinæ puinciæ ad Tiberiū imperatorē atque ad senatū retulit de passiōe & resurrectione christi: consequentibusque uirtutibus: quæ uel p ipsum factæ fuerant: uel per discipulos ipsius in noīe eius fiebant: & de eo quod certatim crescente plurimorum fide deus crederetur.

Hic Tiberius Cæsar retulit ad senatū ut christus deus haberetur.

Tiberius cū suffragio magni fauoris retulit ad senatū: ut christus deus haberet. Senatus indignatiōe motus: quod nō sibi prius morem delatum eēt: ut de suscipiēdo cultu prius ipse decerneret: consecrationē christi recusauit. edictoque cōstituit exterminandos eē ex urbe christianos. præcipue cū & Seianus præfectus Tiberii suscipienda religioni obstinatissime contradiceret. Tiberius tamē edicto accusatoribus christianorum mortē cōminatus ē. Itaque paulatim iminuta est illa Tiberii Cæsaris laudatissima modestia in poenā contradictoris senatus. Nam regi quæcūque uolūtate faciebat: uolūtās erat. atque ex mansuetissimo principe sæuissima bestia exarsit. Nam plurimos senatorum p scripsit. & ad mortem coegit. Viginti sibi patricios uiros consilii cā legerat. Horū uix duos incolumes reliquit. ceteros diuersis causis necauit. Seianum præfectū suum res nouas molientē interfecit. Filios suos Drusum & Germanicū: quoque Drusus naturalis: Germanicus adoptiuus erat manifestis ueneni signis pdidit. Filios Germanici filii sui interfecit. Re ferre sigillatim facta ei horret animus pudetque. tanta libidinis & crudelitatis rabie efferbuit: ut qui spreuerant christo rege saluari: rege Cæsare punirent. Huius tamē imperii anno. xii. noua & incredibilis clades apud Fidenatiū urbē accidit. Amphitheatri cauea populo gladiatorum munus spectāte collapsa ē. & plusquam. xx. M. hominū occidit. Dignū sane posteris tantæ correptōis exemplū: tūc ad spectādas hominū mortes auidos homines cōuenisse: quando p salute hominū puidēda deus homo esse uoluisset.

Hic dicit: ubi dominus passus ē: & quod tertæ motus factus est p orbem

Einde anno eiusdē. xv. euz dominus christus Iesus uolūtariā
qdem se tradidit passioni: sed ipse a iudæis apprehensus & pati
bulo suspensus ē: maximo terræ motu p orbē facto saxa ī mon
tibus scissa sunt. maximæque urbiū plurime partes plus solita cōcussi
one ceciderunt. Eadem quoque die ad horam diei sextā sol intoto orbe
obscuratus: tetraque nox subito obdūcta terris est: & sicut dictū est: im
piaque æterna timuerunt sæcula noctem. Usque adeo aut neque lunam
lumini solis. neque nubes obstisse manifestū est: ut. xiiii. lunæ ea die to
ta cœli regione interiecta longissime a conspectu solis abfuisse. & stellas
tunc diurnis horis uel potius in illa horrēda nocte toto cœlo fulsisse re
feratur. Quod non solum sanctorū euangeliorū fides: sed etiam aliquāti
Græcorū libri attestant. Jam hinc post passionem domini: quem iudæi q̄
tum in ipis sicut persecuti sunt: continue clades Iudæorū: donec exinaniti
dispersique deficiant: incessabiliter pstrepunt. Tiberius siquē diu uētū
tē eorū per speciem sacramenti in puñtias grauioris cœli relegauit. re
liquos gentes eiusdem uel similia sectantes urbe submouit sub pœna p
petuæ seruitutis nisi obtēperassent. Sanē Asiæ ciuitates illo terræ motu
dirutas tributo dimisso ppria etiam libertate donauit. Hic ambiguus si
gnis ueneni obiit. Anno ab urbe condita. dcc. lxxx. tertius ab Augusto
Gaius Caligula cœpit regnare. mansitq; in ipio annis non pleris: iiii. hō
ante se oīum flagitiosissimus: & qui uere dignus Romanis blasphemian
tibus: & Iudæis persecutoribus punitor adhibet̄ nideret. Hic: ut breui
ter magnitudinē crudelitatis eius exprimā: exclamasse fertur. Vtinā po
pulus Romanus unā ceruicem haberet. Sæpe etiam de conditiōe tēporū
suorū conquestus ē: quod nullis calamitatibus publicis insigniretur. O
beata germina tps christiani quantum præualtistis in rebus humanis:
ut etiam crudelitas hoīs magis potuerit elades desiderare: q̄ iuenire. Ec
ce de tranquillitate generali feritas ieiuna conquerit. Furor ipī int̄ sæ
ua sedens sup arma: & centum uinctus ahenis post terguz nouis: fremit̄
horridus ore cruento. Serui fugitiui & rebelles gladiatores perterruere
Romā. euertere Italiam. Siciliam deleuere: iam pene uniuerso hūano ge
neri toto orbe metuendi. In diebus aut salutis hoc est tps christiani
cōuelleret quietē non potest uel Cæsar infestus. hic si qdem magno & in
credibili apparatu pfectus quærere hostē uiribus ociosis: Germaniam
Galliāque pcutrens in ora oceani circa p̄spectuz Britannia restitit. Cū
que ibi Minocynobellinū Britannorū regis filium: quia patre pulsus cū
paucis oberrabat: in deditiōnē recepisset: deficiente belli materia Romaz
rediit. Iisdē aut diebus Iudæi: qui iam tunc ob passionem christi meritis

ubi que cladibus exagitabantur: apud Alexandriam seditione excitata p
 fligati exde: atque ab urbe pulsi ex promendax querelax causa Philonē
 quendam uirum sane iprimis eruditum legatum ad Cæsarem miserūt
 Sed Caligula cum omnibus hominibus tum præcipue iudæis esset infe
 stissimus: sprete legatione Philonis omnes iudeorū sacras ædes atq3 ipri
 mis antiquū illud in Hierosolymis sacrariuz prophanari sacrificiis gē
 tilium: ac repleti statuis simulacrisque imperauit: seque ibi ut deū coli
 præcepit. Pilatus autem præses: qui sententiam damnationis in christū
 dixerat: postquam plurimas seditiones i Hierosolymis expleuit & fecit
 tantis irrogante Gaio angoribus coartatus est: ut sua se transfuerberans
 manu malorū compendium mortis celeritate quæ siuerit. Gai^o uero Ca
 ligula libidinibus suis etiā illud sceleris adiecit: ut sorores suas primū
 stupro pollueret: deinde exilio damnaret: Qui post omnes simul exules
 iussit occidi. Ipse autem a suis ptectoribus occisus est. Duo libelli in se
 cretis eius reperti sunt: quorū alteri pugio: alteri gladius p signo nomi
 nis a scriptus erat: ambo lectissimorum uirorum utriusque ordinis sena
 torii & equestris nomina & notas continebant morti destinatos. Inuen
 ta est & archa ingens uariorū uenenorū pocula continens. Quibus mox
 Claudio Cæsare iubente demerfis infecta maria traduntur non sine ma
 gno pisciū exitio: quos enecatos p pxima litora passim æstus eiecit. Ma
 gnū uero indicium miserentis dei ppter suffragium gratiæ in populu3
 continuo ex pte creditur: & ppter iræ temperamentum in populu3 tūc
 infideliter obstinatum: ut quanta multitudo hoīum præparatam mor
 tem euaserit: ex multitudine interfectorū piscium disceretur: omnib^{us} q3
 notesceret: quid tanta ueneni moles arte aucta agere in miserā ciuitate3
 potuisset: quæ negligenter effusa etiam matia corruptit.

Hic dicit: ubi primū uenit Romā btūs Petrus apostolus sub Claudio.

Nno ab urbe cōdita. dcc. lxxxv. Tiberi^o Claudi^o ab Augusto
 quartus regnū adept^o ē. mansitq3 in eo annos. xiiii. Exordio re
 gni eius Petr^o apostolus domini nrī Iesu christi Romā uenit
 & salutarem cunctis credentibus fidē fidei uerbō docuit. potentissimis
 que uirtutibus approbauit. Exin christiani Romæ esse cœperūt: sensit
 que hoc collatū fidei suæ Romæ beneficiū. Nam cum itefercto Caligū
 la multa mala de abrogando imperio ac re publica in antiqū ordine3 re
 stituenda: euertēdaq3 penitus cæsax uniuerfa familia senat^o & consules
 decretissent. Clandius mox ut cōfirmauit iperiu: magna atque adhuc

Romæ incognita usus clemētia: ne in tantam nobilitū multitudinē ultio
si eēt coēpta: sciret: iudiciū illud: quod ex rei publicæ statu ifeliciter cō
sultatū actumque fuerat: memoriæ exemit oīumque factorū dictorūue
in eō ueniām & obliuionē in perpetuū sanxit. Ita illam præclaram & fa
mosam Atheniensīū amnestiā: quam qdē Romæ inducere Iulio Cæsar
interfecto senatus Cicerone suadente tētauerat: sed & Octauiano & An
tonio ppter ultionē extincti Cæsarīs irrūpentibus in irritū cesserat: hāc
Claudius quis multo truculentiore eā in eadē conspiratorū stimulare
ultroneā clemētia nullo expetente firmavit. Accidit etiam eodētēpore
præsentis gratiæ dei grande miraculū. Siquideꝫ Furiꝫ Camillus Scribo
nianus Dalmatiæ legatus: bellū ciuile molitus legiones multas fortissi
masque ad sacri mutationem pellexerat. Itaque die dicto: ut in unū ūdi
que ad nouū imperatorē cōueniret: neque aquile ornari. neque cōuel
li quoquo modo signa: moueriue potuerūt: exercitus tanta & tam inusi
tata miraculi fide motus & cōuersus in pœnitentiā iperatorem Scriboni
anū. v. statim die destitutū interfecit. se seque sacro prioris militiæ conti
nuit. Tristius ac pniciosius urbi Romæ nihil unq̄ fuisse: q̄ bella ciuilia:
fatis notum est. Itaque ppter aduentum apostoli Petri & tenera christi
anorū germina uix dum adhuc pauca ad sanctæ fidei p̄fessionem erum
pentia hanc ex orientem tyrannidem & consurgens istud ciuile bellū q̄
nam diuinitus esse cōpressum neget: qui præteritis temporibꝫ decōpres
sione belloyꝫ ciuiliū simile p̄barit exemplum? Claudius. iiii. imperii sui
anno: cupiens se utilem rei publicæ ostentare principem: bellū ubique &
uictoriam undecunque quæsiuit. Itaque expeditionem ī Britannia mo
uit: quæ excitata in tumultū ppter non reddibito strāsfugas uidebatur
transuectusque in insulā est: quam neque ante Iulium Cæsarem: neque
post eum q̄sq̄ adire ausus fuerat. Ibi que ut uerbis Suetonii Tranquilli
loquar: sine ullo prælio ac sanguine intra paucissimos dies plurimā insu
læ p̄tem in deditiōne recepit. Orchadas etiā insulas ultra Britanniam ī
oceanō positas Romano adiecit impio: ac sexto q̄ p̄fectus erat mēse Ro
mam rediit. Conferat nūc: si cuiq̄ placet insula & insula. tēpus & tēpus
bellū & bellū: cæsar & cæsar. Nam de fine nihil p̄fero: quoniam hoc foeli
cissima uictoria. illud acerbissima clades fuit. & sic demū Roma cognos
cat per eius latentē p̄uidentia in agendis rebus antea se partē foelicitatis
habuisse: cuiꝫ agnitōe suscepta plenissima foelicitate p̄fruitur: inquatuz
non tamen blasphemiarū offendiculis deprauatur. Eodē āno imperii eiꝫ
fames grauissima per Syriam facta ē: quam & p̄phetæ prænuclauerant.
sed christianorū necessitatibꝫ apud Hierosolymam conuectis ab ægypto

frumentis Helena Adiabenoꝝ regina cōuerſa ad fidē christi largiffime
 ministravit. Anno iperij eiꝰ. v. in Therā & Therasiā insulas: de p̄fundo
 emicuit belua. xxx. stadiosꝝ extēta spatio. Anno eius. vii. sub p̄curatore
 Iudææ Cumanō in Hierosolymis tanta seditio in diebus azimozꝝ exor-
 ta est. ut in portazꝝ exitu populo coartato. xxx. M. Iudæozꝝ cæde p̄stra-
 ta: & cōpressionē suffocata referant. Anno eiusdē. ix. expulsos per Clau-
 diū urbē iudæos Iosephus refert. sed me magis Suetonius mouet: q̄ ait
 hoc modo. Claudius Iudæos ipulfore christo assidue tumultuātes Ro-
 ma expulit: Quod utꝝ cōtra christū tumultuātes iudæos coerceri & cō-
 primi iusserit: an etiā christianos simul: uelut cognatæ religiōis homi-
 nes uoluerit expelli: nequaq̄ discernit. Vextamen sequenti anno tanta
 fames Romæ fuit: ut medio foro ipator correptus a populo cōuiciis &
 fragminibus panis turpiffime infestatus ægre p̄ pseudotyꝝ in palatiuzꝝ
 refugiens: furorē excitatæ plebis euaserit. Paruo aut̄ intercedente tēporē
 xxxv. senatores & .ccc. simul equites Romanos minimis causis iterfecit
 ipse aut̄ manifestis ueneni signis mortuus ē. Anno ab urbē cōdita. dccc.
 viii. Nero Cæsar ab Augusto. v. principatū adeptus ē. mansitqꝫ i eo an-
 nis non plenis. xiiii. Gaii Caligulæ auunculi sui erga oīa uitia ac scelera
 sectator: imo transgressor. Petulantia: libidinem: luxuriā: auaritiaꝝ: cru-
 delitatē nullo nō scelere exercuit. Siq̄dem p̄citus petulantia oīa penē Ita-
 liæ ac Græciæ theatra plustrans: assūpto & uariis uestitꝰ dedecore ceritos
 citharistas: tragædos: & aurigas sæpe sibi superasse uisus ē. Libidinibus
 porro tantis exagitatꝝ ē: ut ne a matre q̄dē uel sorore ulla consanguini-
 tatis reuerētia abstinuiffē referat: uix in uxorem duxerit: ipse a uiro ut
 uxor acceptus sit. Luxuriæ uero tā effrenatæ fuit: ut retibꝰ aureis pisca-
 res: quæ purpureis funibꝰ extrahēbāt. frigidis & calidis lauires: unguē-
 tis. Qui etiā nunq̄ minꝰ. M. carrucis cōfeciffē iter tradit. Deniqꝫ urbis ro-
 mæ incendiū uoluptatis suæ spectaculū fecit. Per sex. n. dies septēqꝫ no-
 ctes ardens ciuitas regioꝝ pauit aspectus. Horrea quadro structa lapide
 magnæque illæ ueterē insulæ: quas discurrens adire flāma nō potuit: ma-
 gnis machinis quondā ad extrema bella præparatis labefactatæ atque in
 flāmatæ sunt: ad monumentozꝝ bustozꝝqꝫ diuersoria infœlici plebe com-
 pulsa. Quod ipse ex altiffima illa Mecenateana turre. p̄spectans: latiusqꝫ
 flammæ. ut aiebat: pulchritudinē tragico habitu iliadē decātabat. Auari-
 tiæ aut̄ tam præruptæ extitit: ut post hoc incendiū urbis: quam se Augu-
 stus ex latericia marmoreazꝝ reddidiffē iactauerat: neminē ad reliqꝫ rezꝝ
 uisazꝝ adire permisit: cūctā: quæ flāmæ quoquo mō superfuerant ipse
 abstulit. Ceteris centena. M. sestertiū ad annuam impensam a senatu sibi

conferti imperauit. Plurimos senatorū nulla extante causa bonis priua
uit. negotiorū omniū sub una die tormentis quoque adhibitis oēm pe
nitentiam absterfit.

Nero hic primus persecutus est christianos: qui
etiam apostolos Petrū & Paulum occidit.

Rudelitatis autē rabie ita efferatus est: ut plurimam senatū par
tem interfecit. equestrē ordinē pene destituerit. sed ne particidi
is quidem abstinuit. Matrem patrē sororē uxorem. ceterosque
cognatos & p̄p̄inquos sine h̄sitationē prostrauit. Auxit hanc molē faci
norū eius temeritas impietatis in deū. Nam primus Romæ christianos
supplicis & mortibus affecit. ac p̄ oēs prouincias pari p̄secutiōe excrucia
ri imperauit: ipsumque nomē extirpare conatus beatissimos christi apo
stolos Petrū cruce: Paulum gladio occidit. Mox aceruatim miserā citi
tatē obortæ undique clades oppressere. Nam subsequēte autumno tāta.
urbi pestilentia incubuit: ut. xxx. M. funeꝝ in rationeꝝ libitinæ uenirent
Britanica deinde clades euestigio accidit. qua duo præcipua oppida mā
gna citiū sociorūque clade & cade direpta sūt. Præterea ī oriēte magnis
Armeniaꝝ puinciis amissis Romanaꝝ legiōes sub iugū Parthicum missæ
agregue Syria retēta est. In Asia tres urbes: hoc est Laodicia Hierapolis
Colossæ terræ motu cōciderūt. At uero Nero postq̄ Galbam ī Hispania
imperatorē creatū ab exercitu cōgnouit: totus aīo ac spe cōcidit. Cūq;
incredibilia p̄turbendæ immo subruendæ rei publicæ mala moliret: ho
stis a senatu pronūciatus ignominiosissime fugiēs ad quartū ab urbe lapī
dem sese interfecit. atque in eo oīs Cæsariæ familia cōsumpta est. Anno ab
urbe cōdita. dcccxxii. Galba apud Hispanias usurpauit impium. Qui ut
Neronis mortē cōperit. Romā uenit. Cūque omni avaricia & sauitia se
gniciaque offenderet: Pisonē sibi nobilem industriūque adolēscētē in
filiū atque in regnum adoptauit. cū quo. vii. mense imperii sui ab Otho
ne ingulatus est. Luit Roma cædibꝝ p̄cipū excitatis ciuilibus bellis re
centes christianaꝝ religiōis iniurias. & signa legionū illa: quæ sub aduen
tu in urbē Petri apostoli diuinitus coercita cōuelli nullo modo ad exci
tandū ciuile bellū ualuerat: quod p̄ Scribonianum parabat. Petro in ur
be interfecto. & christianis pœnarū diuersitate leniat: toto se orbe solue
rūt. De Hispania siquē ilico Galba surrexerat: Quo mox presso: Otho
Romæ. Vitellꝝ in Germania. Vespasianus in Syria impia simul atq; ar
ma rapuerūt. Probēt sane & inuītā potentiā simul & clementiaꝝ dei: qui
christianis tempibus offendū: quanta celeritate tātorū incendia belloꝝ

& excitata sunt & repressa: cum antea & minimis causis magnæ ac diu-
 næ clades agitarent: & nunc maximi undique constrepantes magnorum ma-
 lorum fragores minimo negotio sopiretur. Iam enim erat Romæ quis perse-
 cutioe uexante ecclesia: quæ iudici omnium christo etiã pro inimicis & per-
 secutoribus supplicaret. Igitur Otho cum Galba & Pisone Romæ interfectis
 inter tumultus cædesque inuasisset imperium. ac mox creatum imperatorem
 in Gallia per Germanicas legiones Vitellium comperisset: bellum civile molitus
 tribus primis leuibus præliis: hoc est unum apud alpes: alio circa Placetiã
 tertio circa locum: quem Castoris uocant: contra Vitellianos duces con-
 gressus uictor extitisset: quarto apud Bebyacum prælio: cum animaduert-
 tisset suos uinci. mense. iiii. quam imperare cæperat se se interfecit. Vitellius
 uictor Romam uenit ubi cum multa crudeliter ac nequiter ageret: incredibili
 etiã uoracitatis appetitu humanam uitam probis aggrauaret: postquam de
 Vespasiano comperit: primis deponere est molitus imperium. postea a qui-
 busdama iatus Sabinum Vespasiani fratrem nihil mali tum suspicantes cum cæ-
 teris Flauianis in Capitolium compulsi succensoque templo & mista simul
 flamma ruinaque omnes in unum pariter interitum ac tumultum dedit. Post de-
 ficiente in Vespasiani nomine exercitu suo destitutus: appropinquantibus
 iam hostibus trepidus: cum se in quandam cellulam proxima palatio contru-
 sisset: turpissime inde pertractus: cum per uiam sacram nudus duceret passim
 cunctis funem in os eius coniectantibus in forum deductus. viii. quam regnum
 præsuperat mense apud Gemonias scalas minutissimorum ictuum crebris
 compunctioibus excarnificatus atque inde unco tractus & in Tyberim mer-
 sus etiam communi caruit sepultura. Multis autem & nefariis modis per com-
 plures dies a Vespasianis militibus aduersum senatum populumque Ro-
 manum indiscreta cæde sauitum est. Anno ab urbe condita. dcccxxv. bre-
 uis illa quidem sed turbida tyrannorum tempestate discussa: tranquilla sub
 Vespasiano duce serenitas rediit. Namque: ut paulo altius repetam: Iu-
 dæi post passionem christi destituti in totum gratia dei: cum omnibus undique malis
 circumuenerentur quidam in Camelum montem seducti fortibus quæ porten-
 derent exortos a Iudæa duces regum potituros fore: bellum ad se trahentes
 in rebellione exarserunt. Extinctisque Romanis præsidiis legatum quo-
 que Syriæ supplicias ferentem: rapta aquila & sacris copiis fugauerunt. Ad
 hos Vespasianus a Nerone missus Titum filium suum maiorem inter lega-
 tos habuit. Nam multas & uarias legiones secum in Syriam traiecit.

Hic dicitur: ubi Hierosolyma euersa est a Vespasiano
 & Tito. Iudæi capti uel interfecti sunt

Taque cū Iudæos multis eorū oppidiscaptis in urbē Hieroso-
lymorū præcipue ob diem festū congregatos obsidione clausis-
set: cognita Neronis morte: hortatu plurimorū regū & ducū:
maxime Iosephi Iudæorū ducis sententia: qui captus cū ī uincula conii-
ceretur: constantissime dixerat: sicut Suetonius refert: continuo se ab eo-
dem sed imperatore soluendū: imperiū adeptus est. Relicto que ī castris ad
purationē obsidionis Hierosolymorū filio Tito p̄ Alexandriam p̄se-
ctus ē Romam. Sed cognita interfectione Vitellii paulisp̄ Alexandria
substitit. Titus uero magna ac diuturna obsidione iudæos premēs ma-
chinis cūctis que bellicis molibus nō sine suorū multo sanguine tandēz
muros ciuitatis irrupit. Sed ad expugnandā interiorē templi munitiōez
quam inclusam multitudo sacerdotū ac principū tuebatur: maiore ui &
mora opus fuit. Quod tamen postq̄ in potestātē redactū opere & antiq̄-
tate suspexit: diū deliberauit: uty tanq̄ incitamentū hostiū incenderet:
an in testimoniū uistoriæ reseruaret. sed ecclesia dei iam per totū orbēz
uberrime germinante: hoc tanq̄ effectum ac uacuum: nullique usui bono
cōmodū arbitrio dei auferendū fuit. Itaque Titus imperator p̄nūciat⁹ ab
exercitu tēplū in Hierosolymis incendit ac diruit: quod a die conditiōis
prima usque ad diē euerisionis ultimā māserat annis. M. c. & ii. Muros
urbis uniuersos solo adæquauit. dc. M. Iudæorū eo bello iterfecta Cor-
nelius & Suetonius referūt. Iosephus uero iudæus: q̄ ei tunc bello præ-
fuit: & apud Vespasianū p̄pter prædictū imperiū ueniam gratiamque
meruerat: scribit undecies centena. M. iudæorū gladio & fame perisse: re-
ligas uero iudæorū diuersis actas conditionib⁹ toto orbe disp̄sas: quarū
numerus ad. lxxx. M. hoīum fuisse narratur. Vespasianus autē & Tit⁹
impatores magnificū agentes de Iudæis triumphū urbē ingressi sunt.
Pulchry & ignotū ante cūctis mortalibus inter. ccc. xx. triūphos: q̄ a con-
ditione urbis usque in id tēpus acti erant: hoc spectaculū fuit: patres &
filium uno triūphali curru uectos gloriosissimā ab his qui patres & fi-
liū offenderant: uictoriam reportasse. Qui continuo oibus bellis ac tu-
multibus domi forisque cōpressis pacē totius orbis p̄nūciauerūt. & Ia-
num geminū obseratis cohiberi claustris sextū demū ipsi post urbē con-
ditam censuerūt. Iure. n. idē honos ultioni passionis domini īpensus ē:
qui etiam natiuitati fuerat attribut⁹. Tūc deinde sine ullis bellorum tu-
multibus in imensū res publica hūana p̄uehit. siquidez Achaia: Lycia
Rhodus: Byzantiū Samos: Thracia: Cilicia: Cōmagene tum primū re-
ductæ in puincias: Romanis iudicibus legibusque p̄auerūt. Nono autē
imperii ei⁹ ano tres ciuitates Cypri terræ motu corruerūt. & Romæ magna

pestilentia fuit. Vespasianus aut in uilla propria circa Sabinos. ix. anno principatus sui per fluuium uentris mortuus est. Anno ab urbe condita. dccc. xxxiiii. Titus segregatus a numero principum Othone & Vitellio ab Augusto octauus biennio post Vespasianum regnauit: Cuius tanta tranquillitas in imperio fuit: ut nullus omnino sanguinem in re publica administranda fuisse referat. Et tamen tunc Romae orto repente incendio plurimae aedes publicae concrematae sunt. abruptum tunc & Vesuuii montis uertice magna profuisse incendia ferunt: torrentibusque flammis uicina regio cum urbibus hominibusque delesse. Titus cum ingenti omniu luctu in eadem uilla qua praecipuus motus absumptus est:

Domitianus hic secundam persecutionem fecit in christianos.

